

TERTULLIAN
APOLOGY DE SPECTACULIS

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY

T. R. GLOVER

FELLOW OF ST JOHN'S COLLEGE

MINUCIUS FELIX

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY

GERALD H. RENDALL, B.D., Litt.D., LL.D.



CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
HARVARD UNIVERSITY PRESS

LONDON
WILLIAM HEINEMANN LTD

MCMLXXXIV

TERTULLIAN
APOLOGY

TERTULLIANI APOLOGETICUS

- 1 I. Si non licet vobis, Romani imperii antistites, in aperto et edito, in ipso fere vertice civitatis praesidentibus ad iudicandum palam dispicere et coram examinare quid sit liquido in causa Christianorum, si ad hanc solam speciem auctoritas vestra de iustitiae diligentia in publico aut timet aut erubescit inquirere, si denique, quod proxime accidit, domesticis iudiciis nimis operata infestatio sectae huius obstruit defensionem, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras pervenire.
- 2 Nihil de causa sua deprecatur, quia nec de condicione miratur. Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire, ceterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in caelis habere. Unum gessit interdum, ne ignorata damnetur.
- 3 Quid hic deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas eorum, quo etiam auditam damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, praeter invidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur

*He appears to refer to some recent case, unknown, of course, to us, in which the new religion had been discovered in some family, taught in secret by slaves, etc. Cf. Celsus, cited by Origen, *Contra Cels.* iii. 65.

TERTULLIAN: APOLOGY

I. If you, the magistrates of the Roman Empire,—
 you, who, in the light of day, set on high, at the very
 head of the state, preside to do justice,—if you are
 not allowed openly to investigate, face to face to
 examine, the Christian issue, to learn what it is in
 truth ;—if, in this phase of life, and this alone, your
 authority either dreads or blushes to inquire in public,
 with all the care that Justice demands ;—if finally (as
 recently befell) persecution of this school is so busy in
 the domestic tribunal^a as to block the way of defence ;
 —then let truth be allowed to reach your ears at
 least by the hidden path of silent literature.

Truth asks no favours in her cause, since she has no
 surprise at her present position. Truth knows that
 she is a stranger on earth and easily finds enemies
 among men of another allegiance, but she knows that
 her race, home, hope, recompense, honour, are in
 heaven. For one thing meanwhile she is eager—not
 to be condemned without being known. The laws are
 supreme in their own sphere ; what loss can they
 suffer, if Truth be heard? Why, would it not en-
 hance the glory of their supremacy to condemn Truth
after hearing her? But, if they condemn her un-
 heard—let us set on one side the odium such injustice
 will incur—they will rouse the suspicion that they

alicuius conscientiae, nolentes audire quod auditum damnare non possint.

4 Hanc itaque primam causam apud vos collocamus iniquitatis odii erga nomen Christianorum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant, etiam si res meretur odium? Tunc etenim meretur, 5 cum cognoscitur an mereatur. Vacante autem meriti notitia, unde odii iustitia defenditur, quae non de eventu, sed de conscientia probanda est? Cum ergo propterea oderunt homines, quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non liceat eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse? Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et iniuste 6 odisse, dum ignorant. Testimonium ignorantiae est, quae iniquitatem dum excusat, condemnat, cum omnes qui retro oderant, quia ignorabant quale sit quod oderant, simul desinunt ignorare, cessant et odisse. Ex his fiunt Christiani, utique de conperto, et incipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod 7 oderant, et sunt tanti quanti et denotamur. Obsessam vociferantur civitatem; in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, aetatem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen 8 quasi detrimento maerent. Nec tamen hoc modo ad

have some secret sense that they are unjust, when they refuse to hear what, once heard, they cannot condemn.

This, then, is the first plea we lodge with you—the 4 injustice of your hatred of the Christian name. The very excuse that seems to acquit it, at once aggravates and convicts that injustice—to wit, ignorance. For what could be more unjust than for men to hate a thing they do not know, even though it really deserves hatred? It can only deserve hatred when it is known whether it does deserve it. But so long as 5 nothing at all is known of its deserts, how can you defend the justice of the hatred? That must be established, not on the bare fact of its existence, but on knowledge. When men hate a thing simply because they do not know the character of what they hate, what prevents it being of a nature that does not deserve hate at all? Whichever alternative you choose, we maintain both points: they are ignorant so long as they hate, and their hate is unjust so long as they are ignorant. It is evidence of an ignorance 6 which, while it is made an excuse for their injustice, really condemns it, that all who once hated Christianity because they were ignorant of the nature of what they hated, so soon as they cease to be ignorant of it, leave off hating it. From their number come the Christians; it is on the basis of knowledge, nothing else; and they begin to hate what once they were and to profess what once they hated; and we are as many as we are alleged to be. Men proclaim aloud 7 that the state is beset with us; in countryside, in villages, in islands, Christians; every sex, age, condition, yes! and rank going over to this name. They 8 lament it as an injury; and yet even so they do not

aestimationem alicuius latentis boni promovent animos. Non licet rectius suspicari, non libet propius experiri. Hic tantum curiositas humana torpescit. Amant ignorare, cum alii gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis denotasset imprudentes de prudentibus iudicantes quam immuscos de musicis!

- 9 Malunt nescire, quia iam oderunt. Adeo quod nesciant praecudicant id esse quod, si sciant, odisse non poterant, quando, si nullum odii debitum deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse, si vero de merito constet, non modo nihil odii detrahatur, sed amplius adquiratur ad perseverantiam, etiam iustitiae ipsius auctoritate.
- 10 Sed non ideo, inquit, bonum, quia multos convertit: quanti enim ad malum performantur? quanti transfugae in perversum? Quis negat? tamen quod vere malum est, ne ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut pudore
- 11 natura perfudit. Denique malefici gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur, certe damnati maerent. Dinumerant in semetipsos mentis malae impetus, vel fato vel astris imputant; nolunt enim suum esse, quod¹ malum agnoscunt.
- 12 Christianus vero quid simile? Neminem pudet,

¹ *Oehler reads quia.*

^a Cf. Plutarch, *Solon*, 5; Diogenes Laertius, i. 8. 5, 103.

^b *malae mentis* may perhaps equally well denote some evil spirit, daemon, or the like, assailing the wretch with solicitation to evil. So Kellner takes it.

bestir their minds to reflect whether there may not be in it something good that escapes them. No! it is forbidden to guess more shrewdly; it does not please them to test it at closer quarters. Here, and here alone, human curiosity grows torpid. They love to be ignorant, though others rejoice to know. How much better the saying of Anacharsis about the ignorant judging the expert would have fitted them, than the unmusical who judge the musicians!^a They prefer not to know because they already hate. Their prejudice implies that what they do not know really is what, if they were to know, they could not hate. Because, if no just ground for hatred be found, surely it is best to leave off hating unjustly. But if the hatred prove to be deserved, so far from any of it being abated, more hatred should be added to keep it up; and Justice itself would endorse it.

But, says he, a thing is not necessarily good 10 because it wins many adherents; how many are predisposed to evil, how many desert to error! Who denies that? Yet a thing that is really bad, not even those who are caught by it dare to defend or to call good. Nature steeps every evil thing with either fear or shame. Why, evil-doers are eager 11 to escape notice; they avoid appearing; they are anxious when caught; they deny when accused; even under torture they do not easily or always confess; at all events, when condemned they lament. They tell how often they have felt the impulses of a mind distraught^b; they set their deeds down to fate or to the stars; they will not admit to be their own what they recognize as evil. But look at the Chris- 12 tians! There you have quite another story; not a man of them is ashamed of it, not a man regrets—

neminem paenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur, damnatus gratias 13 agit. Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiversationem, paenitentiam, deplorationem? Quid? hoc malum est, cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est et poena felicitas? Non potes dementiam dicere, qui revinceris ignorare.

1 II. Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur a vobis ipsis aliter tractamur quam pares nostri, id est ceteri nocentes, cum eiusdem noxae eadem 2 tractatio deberet intervenire? Quodcunque dicimur, cum alii dicuntur, et proprio ore et mercenaria advocacy utuntur ad innocentiae suae commendationem. Respondendi, altercandi facultas patet, quando nec 3 liceat indefensos et inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil permittitur loqui quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum, sed illud solum expectatur quod odio publico necessarium est, confessio nominis, non 4 examinatio criminis: quando, si de aliquo nocente cognoscatis, non statim confesso eo nomen homicidae vel sacrilegi vel incesti vel publici hostis, ut de nostris elogiis loquar, contenti sitis ad pronuntiandum, nisi et consequentia exigatis, qualitatem facti, numero 5 rum, locum, modum, tempus, consocios, socios. De

* Cf. *Acts of Scillitan Martyrs* (ed. Armitage Robinson).

unless, indeed, that he was not a Christian earlier. If he is denounced [as a Christian], he glories in it; if he is accused, he does not defend himself; when he is questioned, he confesses without any pressure; when he is condemned, he renders thanks.^a What sort of 13 evil is that which has none of the native marks of evil—fear, shame, shuffling, regret, lament? What? is that evil where the criminal is glad, where accusation is the thing he prays for, and punishment is his felicity? It is not for you to call it madness—you, a man convicted of sheer ignorance of it.

II. But now, if it is really certain that we are of all 1 men the most criminal, why do you yourselves treat us otherwise than those like us, the rest of the criminal classes, when the same treatment belongs to the same fault? Whatever you charge against us, 2 when you so charge others, they use their own eloquence, they hire the advocacy of others, to prove their innocence. There is freedom to answer, to cross-question, since in fact it is against the law for men to be condemned, undefended and unheard. But to Christians alone it is forbidden to say any- 3 thing to clear their case, to defend Truth, to save the judge from being unjust. No! one thing is looked for, one alone, the one thing needful for popular hatred—the confession of the name. Not investigation of the charge! Yet, if you are trying any other 4 criminal, it does not follow at once from his confessing to the name of murderer, or temple-robber, or adulterer, or enemy of the state (to touch on *our* indictments!), that you are satisfied to pronounce sentence, unless you pursue all the consequent investigation, such as the character of the act, how often, where, how, when, he did it, his accessories, his

nobis nihil tale, cum aequè extorqueri oporteret quod cum falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta contenebrasset, qui coci, qui canes adfuissent. O quanta illius praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum iam infantes comedisset!

6 Atquin invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem, adlegans praeter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacramentis eorum conperisse quam coetus antelucanos ad canendum Christo et¹ deo, et ad confoederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam et cetera scelera 7 prohibentes. Tunc Traianus rescripsit hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri 8 oportere. O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid temetipsum censura circumvenis?²

¹ The mss. appear to read et, which has been emended to ut, to square with Pliny's Christo quasi deo ("as if a God").

² Oehler reads quid temetipsam, censura, circumvenis? "Why cheat thyself, O Judgement?" The reading is far from impossible, but there is ms. support for the change, accepted by Kellner.

^a See ch. 7.

^b See the most famous of all Pliny's letters, book x. ep. 96, and Trajan's reply; and on both see W. M. Ramsay, *Church and Roman Empire*, p. 187; H. M. Gwatkin, *Early Church History*, vol. i. ch. vii. pp. 128 ff.; and F. C. Conybeare, *The Historical Christ*, 162. Also Bishop Lightfoot, *Apostolic*

confederates. In our case nothing of the kind! Yet 5 it ought just as much to be wrung out of us (when-ever that false charge is made) how many murdered babies each of us had tasted, how many acts of incest he had done in the dark, what cooks were there—yes, and what dogs.^a Oh! the glory of that magistrate who had brought to light some Christian who had eaten up to date a hundred babies!

And yet we find it is forbidden even to hunt us 6 down. For when Plinius Secundus was governing his province and had condemned some Christians and driven others from their steadfastness, and still the sheer numbers concerned worried him as to what he ought to do thereafter, he consulted the Emperor Trajan.^b He asserted that, apart from an obstinacy that refused to sacrifice, he had learnt nothing about the Christian mysteries—nothing beyond meetings before dawn to sing to Christ and to God, and to band themselves together in discipline, forbidding murder, adultery, dishonesty, treachery, and the other crimes. Trajan replied in a 7 rescript that men of this kind were not to be sought out, but if they were brought before Pliny they must be punished. What a decision, how inevitably 8 entangled! He says they must not be sought out, implying they are innocent; and he orders them to be punished, implying they are guilty. He spares them and rages against them, he pretends not to see and punishes. Why cheat yourself with your judgement? If you condemn them, why not hunt them

Fathers, part ii. vol. i. p. 55, on the genuineness of the letter, quoting Renan on the improbability of a Christian forger being able "si admirablement imiter la langue précieuse et raffinée de Pline."

Si damnas, cur non et inquiris? si non inquiris, cur non et absolvis? Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur. In reos maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est; ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur.

9 Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quam oblationem. Damnatis itaque oblatum quem nemo voluit requisitum, qui, puto, iam non ideo meruit poenam, quia nocens est, sed quia non requirendus inventus est.

10 Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus tormenta adhibetis ad confitendum, solis Christianis ad negandum, cum, si malum esset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormentis compelleretis. Neque enim ideo non putaretis requirenda quaestionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida, scientes homicidium quid sit, nihilominus ordinem extorquetis

11 admissi. Quo perversius, cum praesumatibus de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes nomen pariter utique negemus et scelera, de quibus ex

12 confessione nominis praesumpseratis. Sed, opinor,

^a Irony, as so often throughout.

down? If you do not hunt them down, why not also acquit them? To track down bandits through all the provinces is a duty assigned by lot to the garrisons. Against those guilty of treason, against public enemies, every man is a soldier; inquiry is extended to confederates, to accessories. The 9 Christian alone may not be hunted down; but he may be haled before the magistrate; as if hunting down led to anything but haling to the court. So you condemn a man when haled to court—a man whom nobody wished to be sought out, who (I suppose) really has not deserved punishment because he is guilty, but because, forbidden to be looked for, he was found!

Then, again, in that matter, you do not deal with 10 us in accordance with your procedure in judging criminals. If the other criminals plead Not guilty, you torture them to make them confess; the Christians alone you torture to make them deny. Yet if it were something evil, we should deny our guilt, and you would use torture to force us to confess it. For you would not hold judicial investigation of our crimes needless, on the ground that you were certain of their commission from the confession of the name; for to this day, though the murderer confesses, and though you know what murder is, none the less you rack out of him the story of his crime. So much the 11 more upside down is your procedure with us, when you presume our crimes from our confession of the name and then try by torture to force us to cancel our confession, in order that, by denying the name, we may really deny the crimes too, which you had presumed from our confession of the name. But, of 12 course,^a I suppose you do not want us to be done to

non vultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic enim soletis dicere homicidae Nega, laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseveraverit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseverare, quam necessitate, non iustitia damnam a vobis sciatis.

- 13 Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est dicit; tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendae praesides de nobis solis mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quaeris an sim. Quid me torques in perversum? Confiteor, et torques: quid faceres, si negarem? Plane aliis negantibus non facile fidem accommodatis: nobis, si 14 negaverimus, statim creditis. Suspecta sit vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus formam, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. Nisi fallor enim, leges malos erui iubent, non abscondi, confessos damnari praescribunt, non absolvi. Hoc senatusconsulta, hoc principum mandata definiunt. Hoc imperium, cuius ministri estis, civilis, non tyrannica dominatio est.
- 15 Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena adhibebantur: apud vos soli quaestioni temperatur. Vestram illis servate legem usque ad confessionem necessariam, et iam si confessione praeveniantur,

^a *i.e.*, tortured to make him deny.

^b The eventual meaning is clear, though the steps to it are not: If you treat us in exactly the opposite way to other criminals, it means that you really believe us innocent. The whole thing would be simplified by omitting *nos* before *nocentes*, which one ms. does omit. But in Tertullian it is far from a safe rule to prefer the simpler or directer reading.

death—though you believe us the worst of men. For that is your way—to say to the murderer, “Deny!” and to order the temple-thief to be mangled,^a if he will insist on confession! If that is not your procedure^b with regard to us in our guilt, then it is clear you count us the most innocent of men, when you will not have us (as being the most innocent of men) persist with a confession which you know you will have to condemn, not because justice requires it, but of necessity.

A man shouts, “I am a Christian.” He says 13 what he is. You, sir, wish to hear what he is *not*. Presiding to extort the truth, you take infinite pains in our case, and ours alone, to hear a lie. “I am,” says he, “what you ask if I am; why torture me to twist the fact round? I confess, and you torture me. What would you do if I denied?” Clearly, when others deny, you do not readily believe them; if we have denied, you at once believe us. Let this 14 topsy-turvy dealing of yours suggest to you the suspicion that there may be some hidden power which makes tools of you against the form, yes, against the very nature, of judicial procedure, against the laws themselves into the bargain. For, unless I am mistaken, the laws bid evil men to be brought to light, not hidden; they enact that those confessing be condemned, not acquitted. This is laid down by decrees of the Senate, by rescripts of the Emperors. This Empire of which you are ministers is the rule of citizens, not of tyrants. With tyrants torture was 15 also used as penalty; with you, it is moderated and used for examination only. Maintain your law by it till the necessary confession is made. If it is forestalled by confession, it serves no purpose. It is the

- vacabunt : sententia opus est : debito poenae nocens
 16 expungendus est, non eximendus. Denique nemo illum gestit absolvere. Non licet hoc velle, ideo nec cogitur quisquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturae totius inimicum existimas, et cogis negare, ut absolveras quem non poteris absolvere
 17 nisi negaverit. Praevaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, ut eum facias innocentem, et quidem invitum iam, nec de praeterito reum. Unde ista perversitas, ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse quam per vim neganti? vel ne compulsus negare non ex fide negarit et absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat aemulatione iterum Christianus?
 18 Cum igitur in omnibus nos aliter disponitis quam ceteros nocentes, ad unum contendendo, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim si faciamus quae faciunt non Christiani), intellegere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio aemulae operationis insequitur, hoc primum agens, ut homines nolint scire pro certo quod se nescire
 19 pro certo sciunt. Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quae malunt credidisse, ut nomen illius aemulae

^a *i.e.*, we are expelled from the Church (and dissociated from the Name) if we deny our Christianity, as non-Christians of course do.

^b The demon-world.

^c This intolerable antithesis seems to mean that the demons wish men (who really know themselves to be ignorant as to Christianity) to avoid clearing up their minds with definite knowledge about it.

sentence that is called for then ; the guilty man must cancel the penalty due by enduring it, not by being relieved of it. No, nobody desires to acquit him ; it 16 is not permissible to wish it ; that is why no man is forced to deny [his guilt]. But the Christian, a man guilty of every crime, the enemy of gods, emperors, laws, morals, of all Nature together—so you conceive of him ; and then you force him to deny the charge, in order to acquit him—a man you will not be able to acquit unless he has denied. You are play- 17 ing fast and loose with the laws. You want him, then, to deny that he is guilty, in order to *make* him innocent—and quite against his will, too, by now ; and even his past is not to count against him. What is the meaning of this confusion ? this failure to reflect that more credence is to be given to a voluntary confession than to a forced denial ? to reflect that, when compelled to deny, he may not honestly deny ; and, once acquitted, he may again after your tribunal laugh at your enmity, once more a Christian ?

So, when in every detail you treat us differently 18 from all other criminals—as you do in concentrating on the one object of dissociating us from that name (for we are dissociated from it, if we do what men not Christians do ^a)—you can gather that the gravamen of the case is not any crime but a name. This name, a certain rational agency,^b rival in its operation, assails, with the prime motive that men may be unwilling to know for certain, what they certainly know they do not know.^c So they believe things about us which 19 are not proved ; and they are unwilling for inquiry to be made, in case things they prefer to have believed should be proved untrue ; and the object is that the name, which is the enemy of that rival

rationis inimicum praesumptis, non probatis criminibus de sua sola confessione damnetur. Ideo torquemur confitentes et punimur perseverantes
 20 et absolvimur negantes, quia nominis proclium est. Denique quid de tabella recitatis illum Christianum? Cur non et homicidam? Si homicida Christianus,¹ cur non et incestus vel quodcumque aliud esse nos creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelus pronuntiare? Christianus si nullius criminis nomine reus est, valde incestum, si solius nominis crimen est.²

- 1 III. Quid? quod ita plerique clausis oculis in odium eius inpingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant nominis exprobrationem. Bonus vir Gaius Seius, tantum quod Christianus. Item alius: Ego miror Lucium Titium sapientem virum repente factum Christianum. Nemo retractat, ne ideo bonus Gaius et prudens Lucius, quia Christianus, aut ideo
 2 Christianus, quia prudens et bonus. Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant, et id quod sciunt eo quod ignorant inrumpunt, cum sit iustius occulta de manifestis praeiudicare quam manifesta de occultis
 3 praedamnare. Alii, quos retro ante hoc nomen vagos, viles, improbos noverant, ex ipso denotant quod laudant. Caccitate odii in suffragium inpingunt: Quae mulier! quam lasciva, quam festiva! Quis

¹ The question marks may be shifted as in the English.

² The sentence is another of Tertullian's favourite rhetorical devices. The MSS. vary between *nomine reus* and *nomen reus*; they give *incestum* which editors have altered to *infestum*. What Tertullian actually wrote, we can only guess; the English is no more than a desperate and doubtful attempt to recapture what he may have written. The general sense behind his jingle or antithesis is plain enough in outline.

agency, may, because of crimes presumed but not proven, be condemned simply on its own confession. So we are tortured when we confess; we are punished when we persist; we are acquitted when we deny; all because the battle is for a name. Finally, in reading the charge, why do you call the 20 man a Christian, why not a murderer too, if a Christian is a murderer? Why not incestuous? or anything else you believe us to be? Or is it that in our case, and ours alone, it shames you, or vexes you, to use the actual names of our crimes? If a Christian, with no charge laid against him, is defendant because of a name, how shocking the name must be, if the charge consist of a name and nothing more.

III. Well, then, what does it mean, when most 1 people shut their eyes and run so blindfold into hatred of that name, that, even if they bear favourable testimony to a man, they throw in some detestation of the name? "A good man," they say, "this Caius Seius, only that he is a Christian." Then another says: "I am surprised that that wise man, Lucius Titius, has suddenly become a Christian." Nobody reflects whether Caius is good, and Lucius sensible, just because he is a Christian, or is a Christian because he is sensible and good. They praise what 2 they know and blame what they don't know; and their knowledge they spoil with their ignorance; though it is fairer to prejudice what is hidden by what is manifest, than to condemn in advance what is manifest because of what is hidden. In other cases, 3 persons known before they had the name to have been vagabond, worthless, and wicked, they condemn and praise in one breath; in the blindness of hate they stumble into commendation. "What a woman!

- iuvenis ! quam lascivus, quam amasius ! Facti sunt Christiani ! Ita nomen emendationi imputatur.
- 4 Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto paciscuntur, contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt. Uxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus eiecit,¹ filium iam subiectum pater retro patiens abdicavit, servum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegavit ; ut quisque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum quanti odium Christianorum.
- 5 Nunc igitur, si nominis odium est, quis nominum reatus ? Quae accusatio vocabulorum, nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum aut maledicum aut inpudicum ? Christianus vero, quantum interpretatio est, de unctione deducitur. Sed et cum perperam Christianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos), de suavitate vel benignitate compositum est. Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.
- 6 At enim secta oditur in nomine utique sui auctoris. Quid novi, si aliqua disciplina de magistro cognomen tum sectatoribus suis inducit ? Nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorici ? etiam a locis conventiculorum et statio-

¹ *Oehler deletes eiecit.*

* See Suetonius, *Claudius*, 25. 4 "Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit." J. C. Rolfe, in the Loeb edition *ad loc.*, notes the word. "It is uncertain whether Suetonius is guilty of an error in chronology" [and in spelling, as Tertullian suggests] "or is referring to some Jew of that name. The former seems probable because of the absence of *quodam*." It should be remembered that to Greeks and Romans *Chrestos* was more familiar and more obvious as a name (even though rarely if ever used as a

how wanton, how frolicsome ! What a young man ! how wanton, how gallant ! They have become Christians." So the name follows the reformation as a fresh charge. Some men go further, bartering their own advantage against this hatred, content to suffer loss, provided they do not have at home what they hate. The wife is chaste now ; but the husband has ceased to be jealous, and has turned her out. The son is now submissive ; but the father, who used to bear with his ways, has disinherited him. The slave is faithful now ; but the master, once so gentle, has banished him from his sight. As sure as a man is reformed by the name, he gives offence. The advantage does not balance the hatred felt for Christians.

Tell me, then, if it is hatred of a name, how can you indict names ? What charge can lie against words, unless the pronunciation of some name has a barbarous sound about it—something unlucky or scurrilous or lewd ? "Christian," so far as translation goes, is derived from "anointing." Yes, and when it is mispronounced by you "Chrestian" (for you have not even certain knowledge of the mere name) it is framed from "sweetness" or "kindness."^a So in innocent men you hate even the innocent name.

Ah, but the school is in fact hated for the name of its founder ! What novelty is it, if some way of life gives its followers a name drawn from their teacher ? Are not the philosophers called after their founders—Platonists, Epicureans, Pythagoreans ? yes, and from the places where they gathered, where they (name) than *Christos*, which is a translation of a word quite foreign to them.

num suarum Stoici, Academici? aequae medici ab Erasistrato et grammatici ab Aristarcho, coci etiam
 7 ab Apicio? nec tamen quemquam offendit professio nominis cum institutione transmissa ab institutore. Plane, si qui probavit malam sectam et ita malum et auctorem, is probabit et nomen malum dignum odio de reatu sectae et auctoris, ideoque ante odium nominis conpetebat prius de auctore sectam recog-
 8 noscere vel auctorem de secta. At nunc utriusque inquisitione et agnitione neglecta nomen detinetur, nomen expugnatur, et ignotam sectam, ignotum et auctorem vox sola praedamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.

1 IV. Atque adeo quasi praefatus haec ad sugillandam odii erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentiae consistam, nec tantum refutabo quae nobis obiciuntur, sed etiam in ipsos retorquebo qui obiciunt, ut ex hoc quoque sciant homines in Christianis non esse quae in se nesciunt esse, simul uti erubescant accusantes non dico pessimi optimos, sed iam, ut
 2 volunt, compares suos. Respondebimus ad singula quae in occulto admittere dicimur, quae illos palam

^a The famous physician of the court of Seleucus I., hero of a much quoted anecdote about the curing of the king's son. He is said to have come near the discovery of the circulation of the blood.

^b The great editor of the text of Homer. His name became a proverb for a shrewd critic; cf. Cicero, *Ad Att.* i. 14. 3; Horace, *Ars Poetica*, 450.

^c Tacitus, *Ann.* iv. 1, speaks of a famous epicure of this name in the reign of Tiberius; but others of the same name and fame are mentioned; and *Apicius* is the title of a work

took their stand—Stoics, Academics? and physicians in the same way from Erasistratus,^a and grammarians from Aristarchus^b—cooks too from Apicius^c? Yet 7 nobody is ever offended by the avowal of a name, handed down with his teaching from the teacher. Clearly, if a man has proved the school a bad one and its founder as bad, he will prove the bad name also to be worthy of hate because of the guilt of the school and the founder. So before you hated the name, it would have been proper first to judge the school in the light of the founder, or the founder in the light of 8 the school. But, as things are, inquiry as to both and knowledge of both are allowed to slide; the name is picked out; the name is the object of attack. The school is unknown; the founder is unknown; a word of itself condemns both in advance—because they bear a name, not because they are convicted of anything.

IV. So much, then, by way of preface as it were, to 1 assail the injustice that is in the general hatred felt for us. Now I will take my stand on the plea of our innocence. I will not only refute the charges brought against us, but I will turn them against those who bring them; so that, in this too, all may learn that they will not find in Christians what they are unaware of in themselves, and that at the same time they may blush to accuse—no, I will not say that the worst of men are accusing the best, but I will put it, as they would wish, and say—their equals. We will reply 2 in detail as to the crimes we are alleged to commit in secret, but which we find them openly committing—

on cookery (in ten books) compiled some centuries later; cf. Wight Duff, *Lit. Hist. Rome Silver Age*, p. 131, who finds it surprising and ill-written.

admittentes invenimus, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus inridendi deputamur.

- 3 Sed quoniam, cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum obstruitur auctoritas adversus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges aut ingratis necessitas obsequii praeferatur veritati, de legibus prius concurrem vobiscum ut cum tutoribus
4 legum. Iam primum cum dure¹ definitis dicendo : Non licet esse vos ! et hoc sine ullo retractatu humaniore praescribitis, vim profitemini et iniquam ex arce dominationem, si ideo negatis licere, quia vultis, non
5 quia debuit non licere. Quodsi, quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio id non debet licere quod male fit, et utique hoc ipso praeiudicatur licere quod bene fit. Si bonum invenero esse quod lex tua prohibuit, nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest quod, si malum esset, iure prohiberet ? Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est ; neque enim de caelo ruit.
- 6 Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda aut resipuisse in reprobanda ? Non enim et ipsius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu
7 inedia de semetipso iudicaret ? Nonne et vos cotidie experimentis inluminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem et squalentem silvam legum novis

¹ *v.l.* iure.

^a Judaism was *religio licita*, had a *vectigalis libertas* (see below, ch. 21) ; Christianity was in a different position. See E. G. Hardy, *Christianity and the Roman Government*. There is more controversy here than can be handled in a footnote.

^b A reference to Greek tyrants and their garrisons.

matters in which we are set down as guilty, empty-headed, damnable, ridiculous.

Truth, which is ours, meets all the charges ; and 3 yet, in the last resort, the authority of the laws is cited against her—to the effect, either that, after the laws have spoken, there is (they say) no re-opening the matter, or that necessity of obedience, though you regret it, takes precedence of truth ; in view of all which I will meet you, as guardians of the laws, on the legal issue first. To begin, then : when you harshly cut 4 the case short by saying, “Your existence is illegal^a” ; when you lay it down without any more humane reconsideration, your dictum means mere force, an unjust tyranny from the citadel^b—if you say a thing is not lawful simply because that is your will, and not because it *ought* not to be lawful. If, because a 5 thing *ought* not to be lawful, you therefore wish it not to be lawful, all will agree that what is ill done ought not to be lawful—a principle which involves a presumption that what is a right thing to do is lawful. If I find that to be good which your law has forbidden, does not that presumption imply that the law cannot forbid me to do it, since it would only rightly forbid it if it were bad ? If your law has made a mistake, well, I think, it was the creation of man ; it did not come down from heaven.

Do you wonder that a man may have made a mis- 6 take in framing a law, or returned to sense in disallowing his law ? Is it not the fact that the laws of Lycurgus himself were altered by the Spartans and that this caused their author such grief that he withdrew and condemned himself to starve to death ? Yes, and you 7 yourselves, as experiment every day lightens the darkness of antiquity, do *you* not lop and fell all that old and

- principalium rescriptorum et edictorum securibus
 8 truncatis et caeditis? Nonne vanissimas Papias leges,
 quae ante liberos suscipi cogunt quam Iuliae matri-
 monium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem
 heri Severus, constantissimus principum, exclusit?
 9 Sed et iudicatos in partes secari a creditoribus leges
 erant, consensu tamen publico crudelitas postea erasa
 est, in pudoris notam capitis poena conversa est.
 Bonorum adhibita proscriptio suffundere maluit
 hominis sanguinem quam effundere.
- 10 Quot adhuc vobis repurgandae latent leges, quas
 neque annorum numerus neque conditorum dignitas
 commendat, sed aequitas sola? et ideo cum iniquae
 recognoscuntur, merito damnantur, licet damnent.
- 11 Quomodo iniquas dicimus? Immo, si nomen puniunt,
 etiam stultas: si vero facta, cur de solo nomine
 puniunt facta, quae in aliis de admissio, non de nomine
 probata defendunt? Incestus sum, cur non requi-
 runt? Infanticidia cur non extorquent? In deos, in
 Caesares aliquid committo, cur non audior qui habeo
 12 quo purger? Nulla lex vetat discuti quod prohibet
 admitti, quia neque iudex iuste ulciscitur, nisi co-
 gnoscat admissum esse quod non licet, neque civis
 fideliter legi obsequitur ignorans quale sit quod
 13 ulciscitur lex. Nulla lex sibi soli conscientiam iusti-

^a Cf. Tacitus, *Ann.* iii. 25; and excursus of Furneaux in his edition.

^b The jingle is meant to keep the play on *suffundere* and *effundere*.

squalid jungle of laws with the new axes of imperial rescripts and edicts? Why, those absurd Papian laws ^a 8 which require people to have children at an earlier age than the Julian laws require them to be married —did not the valiant Emperor Severus clear them out but yesterday for all their old age and authority? Yes, and the laws had it of old that the debtor should 9 on being sentenced be cut up by the creditors; yet by common agreement that cruelty was erased, and for the punishment of death there was substituted a mark of disgrace; the confiscation of his goods that was applied meant a preference for the blush spread rather than the blood shed.^b

How many of your laws lie forgotten, still to be 10 reformed? What recommends a law is not the number of its years nor the dignity of its makers, but its equity and nothing else. So when laws are recognized to be unjust, they are deservedly condemned, even if they do condemn. But why do we say un- 11 just? I will go further, and, if they punish a name, I will say silly. If it is deeds they punish, why in our case do they punish deeds on the score of the name alone, while in the case of others they must have them proved not from a name but from an act committed? I am incestuous, say they; why do they not inquire into it? If it be murder of babies, why do they not torture the fact from me? I commit something against a god or a Caesar, why, when I am able to clear my character, am I not heard? No law forbids 12 the investigation of the act, of which it forbids the commission. The judge does not justly avenge, unless he knows that the unlawful act was committed; nor does the citizen faithfully obey the law, if he does not know what sort of act the law avenges. A law 13

tiae suae debet, sed eis a quibus obsequium expectat. Ceterum suspecta lex est quae probari se non vult, inproba autem, si non probata dominetur.

- 1 V. Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu probatus. Scit M. Aemilius de deo suo Alburno. Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam deo propitius esse debet.
- 2 Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in saeculum introivit, adnuntiata sibi ex Syria Palaestina, quae illic veritatem ipsius divinitatis revelaverant, detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit, Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusa-
- 3 toribus Christianorum. Consulite commentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cum maxime Romae orientem Caesariano gladio fecissee. Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intellegere

^a Tertullian elsewhere refers to this episode, and Eusebius in *Hist. Eccles.* ii. 2. 4 translates this passage from "Tertullian who had an accurate knowledge of Roman Law," though Lawlor and Oulton in their commentary on *Hist. Eccles.* remark with surprise how little Eusebius knew of Tertullian, some of whose treatises were written in Greek. He quotes the *Apology* alone five times, in a poor translation, and mostly this chapter. They suggest that the attempt to deify Alburnus was made in 115 B.C. when M. Aemilius Scaurus and M. Caecilius Metellus were consuls, but add that nothing is known of it.

^b Cf. chaps. 21, 24. On this story of Pontius Pilate, Tiberius, and the Senate, see Gibbon, *Decline and Fall*, ch. xvi. (Bury's edition, vol. ii. p. 108). J. E. B. Mayor

does not owe to itself alone a sure sense of its own justice; it owes it to those from whom it expects obedience. Contrariwise, a law is suspect which is unwilling to be examined—yes, and bad, if without such examination it tyrannizes.

V. A word of discussion on the origin of laws on this 1 matter. There was an ancient decree, that no god should be consecrated by an emperor without the approval of the Senate. M. Aemilius knows about that law in the matter of his god, Alburnus.^a It bears also on our case, because among you a god's divinity depends on man's decision. Unless a god please man, he shall not be a god at all; in fact, man must be gracious to god! It was in the age of Tiberius, then, 2 that the Christian name went out into the world, and he referred to the Senate the news which he had received^b from Syria Palestine, which had revealed the truth of Christ's (*ipsius*) divinity; he did this exercising his prerogative in giving it his endorsement. The Senate had not approved beforehand and so rejected it. Caesar held to his opinion and threatened danger to accusers of the Christians. Consult your 3 histories. There you will find that Nero was the first to rage with the imperial sword against this school in the very hour of its rise in Rome.^c But we glory—nothing less than glory—to have had such a man to inaugurate our condemnation. One who

pronounces Gibbon and others who reject the story "wiser in their day" than those who accepted it. It seems to have been an inference (perhaps from the ways of the Civil Service at the end of the second century) that Pilate must have written to Tiberius; few will suppose that the document was actually seen among archives. The rest of the story would appear to be largely inference from inference, or mere guesswork.

^c See Tacitus, *Annals*, xv. 44. 3.

potest non nisi grande aliquod bonum a Nerone
 4 damnatum. Temptaverat et Domitianus, portio
 Neronis de crudelitate, sed qua et homo, facile
 coeptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat.
 Tales semper nobis insecutores, iniusti, impii, turpes,
 quos et ipsi damnare consueverat, a quibus damnatos
 5 restituere soliti estis. Ceterum de tot exinde princi-
 pibus ad hodiernum divinum humanumque sapientibus
 edite aliquem debellatorem Christianorum!

6 At nos e contrario edimus protectorem, si litterae
 M. Aurelii gravissimi imperatoris requirantur, quibus
 illam Germanicam sitim Christianorum forte militum
 precessionibus impetrato imbri discussam contestatur.
 Sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam
 dimovit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam
 7 accusatoribus damnatione, et quidem tetriore. Quales
 ergo leges istae quas adversus nos soli exercent impii,
 iniusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Traianus
 ex parte frustratus est vetando inquiri Christianos,
 quas nullus Hadrianus, quamquam omnium curio-
 sitatum explorator, nullus Vespasianus, quamquam
 Iudaeorum debellator, nullus Pius, nullus Verus in-
 8 pressit. Facilius utique pessimi ab optimis quibusque.

^a Either Domitian changed his mind, or a name has dropped out, perhaps Nerva. Hegesippus, *ap. Euseb. Ch. Hist.* iii. 19, appears to confirm Domitian's change of mind.

^b Bishop Lightfoot, *Ignatius*, vol. i. pp. 485 ff., prints the letter of Marcus Aurelius to the Senate (in Greek), and calls it a manifest forgery, which yet shows some acquaintance with the men of the time. It is an appendix to the second *Apology* of Justin. The picture given of the policy of M. Aurelius, says Lightfoot, is wholly unhistorical. Tertullian seems to be borrowing, with an unfortunate lack of criticism.

^c The letter orders the accuser to be burnt alive.

^d For Pliny's letter to Trajan, and Trajan's reply, see

knows Nero can understand that, unless a thing were good—and very good—it was not condemned by Nero. Domitian too, who was a good deal of a Nero 4 in cruelty, attempted it; but, being in some degree human, he ^a soon stopped what he had begun, and restored those he had banished. Such are ever our persecutors—men unjust, impious, foul—men whom you yourselves are accustomed to condemn; and those whom they condemn you have become accus- 5 tomed to restore. But from among so many em- perors down to to-day, men wise in things divine and human, pick me out one who warred against the Christians!

Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae unitate et spei foedere. Coimus in coetum et congregationem, ut ad deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Haec vis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum et potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Coimús ad litterarum divinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus inculcationibus densamus; ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina. Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur. Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. Neque enim pretio ulla res dei constat.

Etiam si quod arcae genus est, non de honoraria summa quasi redemptae religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit, et si modo velit, et si modo possit, apponit; nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis nec potaculis nec ingratis voratrinis dispensatur, sed

^a *Nihilominus*, perhaps, because faith, hope, confidence, need to be related to something solid (*densamus*), something less subjective, and this need is met by God's law.

^b Cf. Pliny to Trajan, *Epp.* x. 112, 113, on entrance fees paid by members added to town senates in Asia, *honorarium decurionatus*.

see they are good. We are a society (*corpus*) with a common religious feeling, unity of discipline, a common bond of hope. We meet in gathering and congregation to approach God in prayer, massing our forces to surround Him. This violence that we do Him pleases God. We pray also for Emperors, for their ministers and those in authority, for the security of the world, for peace on earth, for postponement of the end. We meet to read the books of God—if anything in the nature of the times bids us look to the future or open our eyes to facts. In any case, with those holy words we feed our faith, we lift up our hope, we confirm our confidence; and no less we reinforce our teaching by inculcation of God's precepts.^a There is, besides, exhortation in our gatherings, rebuke, divine censure. For judgement is passed, and it carries great weight, as it must among men certain that God sees them; and it is a notable foretaste of judgement to come, if any man has so sinned as to be banished from all share in our prayer, our assembly, and all holy intercourse. Our presidents are elders of proved character, men who have reached this honour not for a price, but by character; for nothing that is God's goes for a price.

Even if there is a chest of a sort, it is not made up of money paid in entrance-fees, as if religion were a matter of contract.^b Every man once a month brings some modest coin—or whenever he wishes, and only if he does wish, and if he can; for nobody is compelled; it is a voluntary offering.^c You might call them the trust funds of piety. For they are not spent upon banquets nor drinking-parties nor

^c Cf. 2 Cor. ix. 7.

egenis alendis humandisque et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, et si qui in metallis, et si qui in insulis vel in custodiis, dumtaxat ex causa dei sectae, alumni confessionis suae fiunt.

- 7 Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide, inquit, ut invicem se diligant; ipsi enim invicem oderunt: et ut pro alterutro mori sint parati; ipsi enim ad
8 occidendum alterutrum paratiores erunt. Sed et quod fratres nos vocamus, non alias, opinor, insaniunt quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturae matris unius, etsi vos parum
9 homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur qui unum patrem deum agnoverint, qui unum spiritum biberint sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem
10 expaverint veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragoedia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem.
11 Itaque qui animo animaque miscemur nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt

^a See S. Dill, *Roman Society from Nero to M. Aurelius*, pp. 264-268, for trade and dining clubs, e.g., the "late drinkers" of Pompeii, also S. Angus, *Mystery Religions and Christianity*, pp. 196-199.

^b Kellner takes this as "old people confined to the house." But the example of Cato's treatment of old slaves suggests the rendering in the text.

^c i.e., something of a stigma.

thankless eating-houses^a; but to feed the poor and to bury them, for boys and girls who lack property and parents, and then for slaves grown old^b and shipwrecked mariners; and any who may be in mines, islands or prisons, provided that it is for the sake of God's school, become the pensioners of their confession.

Such work of love (for so it is) puts a mark upon us, 7 in the eyes of some.^c "Look," they say, "how they love one another" (for themselves hate one another); "and how they are ready to die for each other" (for themselves will be readier to kill each other). Yes, their indignation at us for using among 8 ourselves the name of "Brothers" must really, I take it, come from nothing but the fact that among them every name of kinship so far as affection goes is false and feigned. But we are your brothers, too, by right of descent from the one mother, Nature—even if you fall short of being men because you are bad brothers. But how much more fittingly are those 9 both called brothers and treated as brothers who have come to know one Father God, who have drunk of one Spirit of holiness,^d who from one womb of common ignorance have come with wonder to the one light of Truth! But perhaps the reason for our 10 being thought not quite legitimate brothers may be that no tragedy cries aloud of our brotherhood, or because our brotherhood is upheld by the family substance, which among you as a rule dissolves the fraternal tie.

So we, who are united in mind and soul, have no 11 hesitation about sharing property. All is common

^d Cf. 1 Cor. xii. 13; in the Vulgate, "et omnes in uno spiritu potati sumus."

- 12 apud nos praeter uxores. In isto loco consortium solvimus in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant; ex illa, credo, maiorum et sapientissimorum disciplina, Graeci Socratis et Romani Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa et alibi creandorum, nescio quidem an invitas. Quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum: lenones philosophus et censor!
- 13 Quid ergo mirum, si tanta caritas convivatur¹? Nam et coenulas nostras praeterquam sceleris infames ut prodigas quoque suggillatis. De nobis scilicet Diogenis dictum est: Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam morituri. Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit quam in suo trabem. Tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus acescit aër: Saliis coenaturis creditor erit necessarius: Herculaneum decimarum et pollutorum sumptus tabularii supputabunt: Apaturis, Dionysiis, mysteriis Atticis cocorum dilectus indicitur: ad fumum coenae Sarapiacae sparteoli excitabuntur. De solo triclinio Christianorum retrahatur.

¹ *Oehler prints conviolatur, yet takes tanta caritas to refer to Christians: Kellner joins the sentence to the previous paragraph: Rauschen and Waltzing follow the Fuldensis.*

^a Here Tertullian confuses the two Catos; it was the younger Cato who did this with his wife (Quintilian, x. 5. 13, and Strabo, 515), but he was not the Censor. Oehler suggests that the reference in ch. 11. 16 to Scipio may be blending the two Scipios. The story as to Socrates may be a loose deduction from Plato, *Rep.* v. 457.

among us—except our wives. At that point we dissolve our partnership, which is the one place where the rest of men make it effective. Not only do they use the wives of their friends, but also most patiently yield their own to their friends. They follow (I take it) the example of those who went before them, the wisest of men—Greek Socrates and Roman Cato, who shared with their friends the wives they had taken in marriage, to bear children in other families too. And I don't know whether the wives objected; for why should they care about a chastity, which their husbands gave away so easily? O model of Attic wisdom! O pattern of Roman dignity! The philosopher a pander, and the censor,^a too!

What wonder then, if friends so dear have a 14 common meal? For you attack our small feasts, quite apart from the infamy of the crimes committed at them, as being extravagant. Of course it was of Christians that Diogenes said that the Megarians market as if to die to-morrow, and build as if they were never to die at all. But any man sees a mote in another's eye more easily than a beam in his own. With all those tribes and senates and 15 decurions belching the air grows sour. When the Sali^b dine, the money-lender will be needed. Actuaries will have to reckon the cost of Hercules' tithes^c and banquets. At the Attic Apaturia, Dionysia and mysteries, conscription is proclaimed—for cooks. The smoke of a dinner of Serapis will fetch out the firemen. It is only the banquet of Christians that calls for criticism.

^b Cf. Horace, *Odes*, i. 37. 2.

^c See note on 14, 1,

- 16 Coena nostra de nomine rationem sui ostendit. Id vocatur quod dilectio penes Graecos. Quantis-
cumque sumptibus constet, lucrum est pietatis
nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque
refrigerio isto iuvamus, non qua penes vos parasiti
adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub aucto-
ramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua
penes deum maior est contemplatio mediocrium.
- 17 Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem
disciplinae de causa aestimate. Quod sit de religionis
officio, nihil vilitatis, nihil immodestiae admittit. Non
prius discumbitur quam oratio ad deum praegustetur.
Editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum
- 18 pudicis utile est. Ita saturantur, ut qui meminerint
etiam per noctem adorandum deum sibi esse; ita
fabulantur, ut qui sciant dominum audire. Post
aquam manualet et lumina, ut quisque de scripturis
sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in
medium deo canere; hinc probatur quomodo biberit.
- 19 Aequae oratio convivium dirimit. Inde disceditur
non in catervas caesionum nec in classes discursationum
nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem
curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam
coenam coenaverint quam disciplinam.
- 20 Haec coitio Christianorum merito sane illicita, si
illicitis par, merito damnanda, si quis de ea queritur
- 21 eo titulo quo de factionibus querela est. In cuius
perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus con-

^a It will be noted that Tertullian does not here describe the eucharist, but, as he says, the *agape*.

^b In one or two places of this *Apology*, *cano* means prophecy.

Our dinner shows its idea in its name; it is called 16
by the Greek name for love (*agape*).^a Whatever the
cost, it is gain to spend in piety's name, for with
that refreshment we help the needy. No, not, as
among you, parasites aspire for the glory of selling
their freedom, authorized by their belly to fatten
themselves at the cost of any insult; no, because
with God there is greater consideration for those
of lower degree. If the motive of the banquet is 17
honest, take the motive as the standard of the
other proceedings required by our rule of life. Since
it turns on the duty of religion, it allows nothing vile,
nothing immodest. We do not take our places at
table until we have first tasted prayer to God. Only 18
so much is eaten as satisfies hunger; only so much
drunk as meets the need of the modest. They satisfy
themselves only so far as men will who recall that
even during the night they must worship God;
they talk as those would who know the Lord listens.
After water for the hands come the lights; and
then each, from what he knows of the Holy Scrip-
tures, or from his own heart, is called before the
rest to sing ^b to God; so that is a test of how much
he has drunk. Prayer in like manner ends the
banquet. Then we break up; but not to form 19
groups for violence nor gangs for disorder, nor out-
bursts of lust; but to pursue the same care for
self-control and chastity, as men who have dined
not so much on dinner as on discipline.

This gathering of Christians may properly be called 20
illegal, if it is like illegal gatherings; may properly
be condemned, if any complain of it on the score on
which complaint is made of factious clubs. To whose 21
hurt have we ever met? We are when assembled

gregati quod et dispersi, hoc universi, quod et singuli, neminem laedentes, neminem contristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia.

- 1 XL. At e contrario illis nomen factionis accommodandum est qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui adversum sanguinem innocentium conclamant, praetexentes sane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicae cladis, omnis popularis incommodi Christianos
- 2 esse in causam. Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem! adclamatur. Tantos ad unum?
- 3 Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi adventum quanta clades orbem et urbes ceciderunt? Legimus Hieran, Anaphen et Delon et Rhodon et Co insulas¹ multis cum milibus hominum pessum abisse.
- 4 Memorat et Plato maiorem Asiae vel Africae terram Atlantico mari ereptam. Sed et mare Corinthium terrae motus exhibit, et vis undarum Lucaniam abscisam in Siciliae nomen relegavit. Haec utique non sine iniuria incolentium accidere potuerunt.
- 5 Ubi vero tunc, non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dei vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit, vel, ut Plato putavit,

¹ *v.l.* Ophiusam for Co insulas.

^a Cf. Horace, *Odes*, i. 2. 13.

^b *i.e.*, no rain. Augustine, *De Civ. Dei*, ii. 3, quotes the proverb: "Pluvia deficit, causa Christiani sunt."

^c Pliny, *Nat. Hist.* ii. 90. 205, refers to Plato's Atlantis as overwhelmed by the Atlantic, and compares other more

just what we are when apart; taken together the same as singly; we injure none; we grieve none. When decent people, when good men, gather, when the pious and when the chaste assemble, that is not to be called a faction; it is a Senate.

XL. On the other hand the name faction may ¹ properly be given to those who join to hate the good and honest, who shout for the blood of the innocent, who use as a pretext to defend their hatred the absurdity that they take the Christians to be the cause of every disaster to the State, of every misfortune of the people. If the Tiber reaches the ² walls,^a if the Nile does not rise to the fields, if the sky doesn't move^b or the earth does, if there is famine, if there is plague, the cry is at once: "The Christians to the lion!" What, all of them to one lion?

I ask you—before Tiberius, that is before Christ ³ came, what great disasters smote the world and the city? We read that Hiera, Anaphe, and Delos and Rhodes and Cos, whole islands with thousands of inhabitants went to ruin. Plato tells of a land greater ⁴ than Asia or Africa swept away by the Atlantic.^c More still, an earthquake swallowed the Corinthian sea, and the force of the waters tore off Lucania from Italy and banished it to bear the name Sicily. I hardly suppose these things could have happened without hurt to the inhabitants.

Where, then, in those days, were—I won't say the ⁵ Christians who despise your gods—but your gods themselves, where were they when the deluge blotted out a whole world, or, as Plato thought, merely the historical disasters of the same kind in the Mediterranean area.

- 6 campestre solummodo? Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes in quibus nati mortuique sunt, etiam quas condiderunt; neque enim alias hodiernum manerent nisi et ipsae posthumae
 7 cladis illius. Nondum Iudaeum ab Aegypto examen Palaestina suscepit nec illic Christianae sectae origo consederat, cum regiones adfines eius Sodoma et Gomorra igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma, conantur oculis
 8 tenus, ceterum contacta cinerescunt. Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebantur, cum Vulsinius de caelo, Pompeios de suo monte perfudit ignis. Nemo adhuc Romae deum verum adorabat cum Hannibal apud Cannas per Romanos
 9 anulos caedes suas modio metiebatur. Omnes dei vestri ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitolium Senones occupaverant. Et bene quod, si quid adversi urbibus accidit, eadem clades templorum quae et moenium fuerunt, ut iam hoc revincam non ab eis evenire, quia et ipsis evenit.
- 10 Semper humana gens male de deo meruit. Primo quidem ut inofficiosa eius, quem cum intellegeret ex parte, non requisivit, sed et alios insuper sibi commentata quos coleret; dehinc quod non inquirendo innocentiae magistrum et nocentiae iudicem et exactorem omnibus vitiis et criminibus inolevit.
- 11 Ceterum si requisisset, sequebatur, ut cognosceret requisitum et recognitum observaret et observatum

^a Here, it is pointed out, he slips. The Gauls took all but the Capitol. Augustine, *De Civ. Dei*, ii. 22, asks where "haec numinum turba" was when the Gauls captured and burnt Rome; "an praesentes forte dormiebant?"

plains? For your gods are later than the catastrophe 6 of the flood, and that is proved by the actual cities in which they were born and died, yes, and which they founded; for otherwise they would not remain till to-day, unless they were later than that catastrophe. Not yet had Palestine received the swarm of Jews 7 from Egypt, the race whence came the Christian school had not yet settled there, when a rain of fire burnt up Sodom and Gomorra, the regions on its borders. The land still smells of burning; and, if any apples are on the trees, the trees' endeavour is but to reach the eye; touch them, and they are ashes. Nor were Tuscany in those old days and Campania 8 complaining of the Christians, when fire from heaven drenched Volsinii, fire from its own mountain Pompeii. No one yet in Rome was worshipping the true God, when Hannibal at Cannae measured his massacre by the bushels of Roman rings. All your gods were 9 being worshipped by all of you, when the Senones took the Capitol itself.^a And it is just as well that, whatever disaster befel the cities, there was the same ruin for temples as for city walls; so that I can make the point, that this did not come from the gods because it came to them.

The human race has always deserved ill of God, 10 first as being careless of Him—for, though understanding Him in part, it not only failed to seek Him but quickly devised other gods for its worship; next,—because, refusing to seek the Teacher of innocence, the Judge and Avenger of guilt, it grew inured to every vice and crime. But if it 11 had sought Him out, it would follow that it would recognize Him when found; and, known, it would worship Him; and God worshipped it would find

propitium magis experiretur quam iratum. Eundem
 igitur nunc quoque scire debet iratum quem et retro
 12 semper, priusquam Christiani nominarentur. Cuius
 bonis utebatur ante editis quam sibi deos fingeret,
 cur non ab eo etiam mala intellegat evenire cuius
 bona esse non sensit? Illius rea est cuius et ingrata.
 13 Et tamen si pristinas clades comparemus, leviora
 nunc accidunt, ex quo Christianos a deo orbis accepit.
 Ex eo enim et innocentia saeculi iniquitates tempe-
 14 ravit et deprecatores dei esse coeperunt. Denique
 cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt et annus
 in cura est, vos quidem cotidie pasti statimque
 pransuri, balneis et cauponiis et lupanaribus operan-
 tibus, aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo
 denuntiatis, caelum apud Capitolium quaeritis, nubila
 de laquearibus exspectatis, aversi ab ipso et deo et
 15 caelo: nos vero ieiuniis aridi et omni continentia
 expressi, ab omni vitae fruge dilati, in sacco et cinere
 volutantes invidia caelum tundimus, deum tangimus,
 et cum misericordiam extorserimus, Iupiter honoratur.
 1 XLI. Vos igitur inportuni rebus humanis, vos rei
 publicorum incommodorum indices semper, apud
 quos deus spernitur, statucae adorantur. Etenim
 credibilius haberi debet eum irasci qui neglegatur
 quam qui coluntur, aut nae illi iniquissimi, si propter

^a This is the agreed translation, reached by the aid of Cyprian, who twice copies the passage but in more ordinary Latin; *De Mortalitate*, 8 "et quando imbrem nubila serena suspendunt, omnibus siccitas una est"; and *Ad Demetrianum*, 2 "imbres et pluvias serena longa suspendunt."

^b For this use of *annus* cf. Tacitus, *Germania*, 14. 5 "nec arare terram aut expectare annum."

more propitious than God angry. Mankind should know the same God to be angry to-day, who was ever angry of old, before ever Christians were named. It was His blessings that mankind used, 12 given before ever men fashioned gods for themselves; then why does humanity not understand that evils also come from Him, whom it did not realize to be author of the blessings? The race is guilty before Him to whom it is ungrateful.

And yet if we compare ancient disasters, the 13 troubles nowadays are lighter, since the world received the Christians from God. Since that day innocence has tempered the sins of the world, and there have begun to be intercessors with God. For in- 14 stance, when prolonged summer delays winter's rain^a and the crops cause anxiety,^b you, well fed every day, and soon to eat again—baths, taverns, brothels all at work—you sacrifice rain-offerings to Jove, enjoin the bare-foot procession on the people, seek heaven at the Capitol, look for rain from the temple ceilings, with your backs turned to God Himself and to heaven. We, parched with fasting, pinched with every austerity, abstaining from all food that sustains life, wallowing in sackcloth and ashes, importune heaven 15 with reproach, we touch God; and then, when we have wrung mercy from Him,—Jupiter has all the glory!

XLI. It is you, then, who are the danger to 1 mankind, it is you who bring upon us public misfortunes—you, by your contempt for God and your worship of statues. In any case it ought to be more credible that He is angry, seeing that He is neglected rather than they who are worshipped. Otherwise, your gods are most unjust, if because of the Christians

Christianos etiam cultores suos laedunt, quos separare deberent a meritis Christianorum.

- 2 Hoc, inquit, et in deum vestrum repercutere est, si quod et ipse patiatur, propter profanos etiam suos cultores laedi. Admittite prius dispositiones eius, et
3 non retorquebitis. Qui enim semel aeternum iudicium destinavit post saeculi finem, non praecipit discretionem, quae est condicio iudicii, ante saeculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus et indulgens et increpans. Communia voluit esse et commoda profanis et incommoda suis, ut pari consortio omnes et lenitatem eius et severitatem ex-
4 periremur. Quia haec ita didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus severitatem, vos contra utramque despicitis : et sequitur ut omnes saeculi plagae nobis, si forte, in admonitionem, vobis in castigationem a deo obveniant.
- 5 Atquin nos nullo modo laedimur ; inprimis quia nihil nostra refert in hoc aevo nisi de eo quam celeriter excedere, dehinc, quia si quid adversi infligitur, vestris meritis deputatur. Sed etsi aliqua nos quoque praestringunt ut vobis cohaerentes, laetamur magis recognitione divinarum praedicationum, confirmantium scilicet fiduciam et fidem
6 spei nostrae. Sin vero ab eis quos colitis omnia vobis mala eveniunt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos, qui magis vos in dolore Christianorum iuvare et adserere debuerant¹?

¹ *Oehler prints here six words, quos separare deberent a meritis Christianorum, which the Fuldensis omits. The change from debuerant to deberent is odd, and it seems likely that the words are an accidental repetition from § 1.*

they injure their own worshippers too, whom they ought to keep clear of the punishment of the Christians.

"But this," you say, "can be retorted upon your God too, since He Himself because of the profane suffers His own worshippers to be injured." First admit His disposition of events, and then you will not turn this against Him. For He who has ordained 3 eternal judgement once for all after the end of the world does not hasten to make that separation (which is the essence of the judgement) before the end of the world. Meantime He treats all mankind equally, both in concession and in warning. He has wished the pleasant things of life to be shared by the profane, the unpleasant by His own, that by an equality of lot we might make trial of His gentleness and His severity. Because we have thus learnt of Him, we love His 4 gentleness, we dread His severity ; you, on the other hand, despise both the one and the other. It follows that all the plagues of the world (it may be) come on us for admonition, on you for chastisement, from God.

Yet we are none the worse for it ; first, because 5 nothing matters to us in this age but to escape from it with all speed ; and next, because, if any trouble is inflicted upon us, we set it down to your sins. But, even if things now and then touch us in passing because we live so close to you, we only rejoice the more to recognize the divine predictions, and they (to be sure) confirm our confidence, our faith in our hope. But if, on the other hand, all these evils come on you 6 from the gods you worship, and come because of us, why persevere in worshipping gods so unjust and so ungrateful, who ought rather to be helping and supporting you while the Christians are suffering?

1 XLII. Sed alio quoque iniuriarum titulo postula-
mur, et infructuosi in negotiis dicimur. Quo pacto
homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus,
instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Neque
enim Brachmanae aut Indorum gymnosophistae
2 sumus, silvicolae et exules vitae. Meminimus
gratiam debere nos deo, domino, creatori: nullum
fructum operum eius repudiamus: plane temperamus,
ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non
sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis,
officinis, stabulis, nundinis vestris ceterisque commer-
3 ciis cohabitamus in hoc saeculo. Navigamus et nos
vobiscum et militamus et rusticamur et mercamur;
proinde miscemus artes, operas nostras publicamus
usui vestro.¹ Quomodo infructuosi videmur negotiis
vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio.
4 Sed si caerimonias tuas non frequento, attamen et
illa die homo sum. Non labor diluculo Saturnalibus,
ne et noctem et diem perdam, attamen labor honesta
hora et salubri, quae mihi et calorem et sanguinem
servet; rigere et pallere post lavacrum mortuus
5 possum. Non in publico Liberalibus discumbo, quod
bestiariis supremam coenantibus mos est, attamen
6 ubiubi² de copiis tuis coeno. Non emo capiti coronam.
Quid tua interest, emptis nihilominus floribus quo-
modo utar? Puto gratius esse liberis et solutis et
undique vagis. Sed etsi in coronam coactis, nos

¹ The text is that adopted by Waltzing: Oehler reads et mercatus proinde miscemus, artes, opera nostra.

² Oehler keeps ubi.

^a For the Brahmins cf. Strabo, xv. pp. 712 ff.

XLII. But there is another charge of wrong-doing 1
upon the sheet against us. We are said to be un-
profitable in business. How so—when we are human
beings and live alongside of you—men with the same
ways, the same dress and furniture, the same neces-
sities, if we are to live? For we are not Brahmins,
naked sages of India, forest-dwellers, exiles from life.^a
We remember that we owe gratitude to God, the 2
Lord, the Creator. We reject no fruit of His labours.
We are of course temperate—not to use His gifts to
excess or amiss. So, not without your forum, not
without your meat-market, not without your baths,
shops, factories, your inns and market-days, and the
rest of the life of buying and selling, we live with you
—in this world. We sail ships, we as well as you, and 3
along with you; we go to the wars, to the country, to
market with you. Our arts and yours work together;
our labour is openly at your service. How we can
seem unprofitable to your business, when we live with
you and our living depends on you, I do not know.

Even if I do not attend your rituals, well, I am a 4
man on that day as much as any other. I do not bathe
at dawn on the Saturnalia—I do not wish to lose both
night and day; but I do bathe at the proper and
healthful hour, which will keep my bodily heat and
my blood in order; I can be stiff and pale after my
bath when I am dead. Nor do I recline to eat in 5
public at the Liberalia, which is the habit of the
beast-fighters taking their last meal; but wherever
I dine, it is on your supplies. I do not buy a garland 6
for my head. What difference does it make to you,
how I use the flowers, if in any case I buy them? I
think them more delightful when free, untied, wander-
ing as they will. But suppose they please also when

coronam naribus novimus ; viderint qui per capillum
7 odorantur. Spectaculis non convenimus ; quae
tamen apud illos coetus venditantur si desideravero,
liberius de propriis locis sumam. Thura plane non
eminus. Si Arabiae queruntur, sciant Sabaei pluris
et carioris suas merces Christianis sepeliendis pro-
fligari quam deis fumigandis.

8 Certe, inquitis, templorum vectigalia cotidie deco-
quunt : stipes quotusquisque iam iactat ? Non enim
sufficimus et hominibus et deis vestris mendicantibus
opem ferre, nec putamus aliis quam petentibus
inpertendum. Denique porrigat manum Iupiter et
accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit
9 vicatim quam vestra religio templatim. Sed cetera
vectigalia gratias Christianis agent ex fide depen-
dentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus,
ut, si ineatur quantum vectigalibus pereat fraude et
mendaciostrarum professionum, facile ratio haberi
possit, unius speciei querela compensata pro comodo
ceterarum rationum.

1 XLIII. Plane confitebor, quinam, si forte, vere de
sterilitate Christianorum conqueri possint. Primi
erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarii,
venenarii, magi, item aruspices, arioli, mathematici.
2 His infructuosos esse magnus est fructus. Et tamen
quodcunque dispendium est rei vestrae per hanc
sectam, cum aliquo praesidio compensari potest.
Quanti habetis, non dico iam qui¹ de vobis daemonia

¹ *Oehler reads qui iam.*

worked up into a garland, *we* know a garland by our
noses ; let them see to it who smell through their
hair ! We do not gather at the games ; but the wares 7
hawked at those assemblages, if I should wish them,
I shall get more freely from their proper places.
We certainly don't buy incense. If the lands of
Araby complain, let the Sabaeans know that their
wares are lavished at a higher and dearer price on
burying Christians than on fumigating gods.

"At any rate," you say, "the revenues of the 8
temples are breaking down daily ; how many are
they who toss their coins in there ?" We cannot
cope with both men and your gods begging together ;
and do not think alms should be given to others
than those who ask. Come, let Jupiter hold out his
hand and receive ! In the meantime our compassion
spends more street by street than your religion
temple by temple. But the other revenues may be 9
grateful to Christians paying what is due with the
same good faith that keeps us from cheating other
men ; so that, if an inquiry were made, how much is
lost to the public exchequer by the fraud and lying
of your declarations, an account could easily be
struck—the complaint on one side balanced by the
gain in the rest of the accounts.

XLIII. I will tell you plainly, who they are who 1
may perhaps truly complain of the unprofitableness
of Christians. First will come the panders, the pimps,
and their agents ; next assassins, poisoners, magicians ;
thirdly wizards, soothsayers, astrologers. That we 2
should be unprofitable to these is a great profit. And
yet whatever loss your interests may show due to this
sect, it can be balanced by a certain protection, I
think. What price do you put—I do not say now,

excutiant, non dico iam qui pro vobis quoque vero deo preces sternant, quia forte non creditis, sed a quibus nihil timere possitis?

1 XLIV. At enim illud detrimentum reipublicae tam grande quam verum nemo circumspicit, illam iniuriam civitatis nullus expendit, cum tot iusti im-
2 pendimur, cum tot innocentes erogamur. Vestros enim iam contestamur actus, qui cotidie iudicandis custodiis praesidetis, qui sententiis elogia dispungitis. Tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur: quis illic sicarius, quis manticularius, quis sacrilegus aut corruptor aut lavantium praedo, quis ex illis etiam Christianus adscribitur? aut cum
3 talis quales tot nocentes? De vestris semper aestuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiae saginantur, de vestris semper munerarii noxiorum greges pascunt. Nemo illic Christianus nisi plane tantum Christianus, aut si et aliud, iam non Christianus.

1 XLV. Nos ergo soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est. Innocentiam a deo edocti et perfecte eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus,
2 ut ab in contemptibili dispectore mandatam. Vobis autem humana aestimatio innocentiam tradidit,
194

on those who drive demons out of you—I do not say now, on those who offer prayers to the true God for you as well as for themselves, because, perhaps, you don't believe it—but on those from whom you can have nothing to fear?

XLIV. Yet there is one loss to the State, as great 1 as it is real, and no one gives it a thought; one injury to the common weal, and nobody computes it; when upright men, such as we, are wasted in such numbers, in such numbers are done to death, innocent as we are. We challenge you to produce your records, 2 you who day by day preside over the trial of prisoners, who pass the sentence and clear the calendar. So many guilty persons are examined by you, with such and such crimes charged against them; what assassin on the list, what cutpurse, what temple-robber, or bribery agent, or bath-thief, is also described as a Christian? Or when Christians, charged as Christians, are brought into court, who among them is of the same sort as all those criminals? It is with your kind that 3 the jail is always steaming; with the sighs of your kind the mines always resounding; with your kind the wild beasts are fed; from your kind the givers of public shows always maintain their herds of the condemned. Not a Christian on that list, unless it be simply as a Christian; or, if any further charge be entered against him, he is no Christian.

XLV. We, then, alone are innocent. What is 1 surprising in that, if it must be so? And it must be. Innocence we have been taught by God; in its perfection we know it, as revealed by a perfect teacher; faithfully we keep it as committed to us by one who reads the heart and cannot be despised. It was but man's opinion that gave you your idea of 2

humana item dominatio imperavit ; inde nec plenae nec adeo timendae estis disciplinae ad innocentiae veritatem. Tanta est prudentia hominis ad demonstrandum bonum quanta auctoritas ad exigendum ;
 3 tam illa falli facilis quam ista contemni. Atque adeo quid plenius, dicere : Non occides, an docere : Ne irascaris quidem ? Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria concupiscentia arcere ? Quid eruditius, de maleficio, an et de maliloquio interdicere ? Quid instructius, iniuriam non
 4 permittere, an nec vicem iniuriae sinere ? Dum tamen sciatis ipsas leges quoque vestras quae videntur ad innocentiam pergere de divina lege, ut antiquiore forma, mutuatas. Diximus iam de Moysi aetate.
 5 Sed quanta auctoritas legum humanarum, cum illas et evadere homini contingat et plerumque in admissis delitescenti, et aliquando contemnere ex
 6 voluntate vel necessitate deliquenti ? Recogitate ea etiam pro brevitate supplicii cuiuslibet, non tamen ultra mortem remansuri. Sic et Epicurus omnem cruciatum doloremque deprecat, modicum quidem contemptibilem pronuntiando, magnum vero non
 7 diuturnum. Enimvero nos qui sub deo omnium speculatore dispungimur, quique aeternam ab eo poenam providemus merito, soli¹ innocentiae occurrimus, et pro scientiae plenitudine et pro latebrarum difficultate et pro magnitudine cruciatu non diuturni, verum sempiterni, eum timentes quem timere debebit et ipse qui timentes iudicat, deum, non proconsulem timentes.

¹ *Perhaps better punctuate* : providemus, merito soli.

² Cf. Cicero, *De Finibus*, ii. 7. 22 "iam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio proment : 'si gravis, brevis ; si longa, levis.'"

innocence, man's authority that enjoined it. So your rule of life is neither complete nor does it inspire such fear as to lead to true innocence. Man's skill to make clear what is truly good is no more than his authority to enforce it ; the one may as easily be mistaken as the other despised. And to come to the 3 point, which is the ampler saying : Thou shalt not kill, or, Do not even be angry ? Which is more perfect, to forbid adultery or to prohibit a single lustful look ? Which is the deeper law, to restrain from doing evil or from even speaking it ? Which is the more thorough, not to permit the doing of an injury or to allow no retaliation ? Though at the same time 4 you must recognize that your own laws, which seem to tend to innocence, drew from the divine law, which is the more ancient pattern. We have spoken already of the date of Moses.

But what authority can man's laws have, when a 5 man may have the luck to evade them, again and again undiscovered in his guilt, sometimes to despise them, as he breaks them of choice or of necessity ? Think over all this, remembering how short is any 6 punishment that will not continue after death. That is why Epicurus makes light of all torture and pain ; if it is slight, he says, you may despise it, if it is great it will not be long.² Yes ! We who are examined 7 in the sight of God who sees all, we who foresee an eternal punishment from His hand, we well may be the only ones to attain innocence ; since, at once from fullness of knowledge, from the difficulty of concealment, from the greatness of the torture (not long, but eternal), we fear Him, whom he, too, must fear who judges us who fear—who fear God, that is, and not the proconsul.

- 1 XLVI. Constitimus, ut opinor, adversus omnium
 criminum intimationem, quae Christianorum sanguinem
 flagitat. Ostendimus totum statum nostrum, et
 quibus modis probare possimus ita esse sicut ostendi-
 mus, ex fide scilicet et antiquitate divinarum litterarum,
 item ex confessione spiritualium potestatum. Qui nos
 revincere audebit, non arte verborum, sed eadem
 forma qua probationem constituimus, de veritate?
- 2 Sed dum unicuique manifestatur veritas nostra,
 interim incredulitas, dum de bono sectae huius
 obducitur, quod usui iam et de commercio innotuit,
 non utique divinum negotium existimat, sed magis
 philosophiae genus. Eadem, inquit, et philosophi
 monent atque profitentur, innocentiam, iustitiam,
 3 patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo
 quibus comparatur de disciplina, non proinde illis ad-
 acquamur ad licentiam impunitatemque disciplinae?
 vel cur et illi, ut pares nostri, non urgentur ad officia
 4 quae nos non obeuntes periclitamur? Quis enim
 philosophum sacrificare aut deicere aut lucernas
 meridie vanas proferre compellit? Quinimmo et deos
 vestros palam destruunt et superstitiones vestras
 commentariis quoque accusant laudantibus vobis.
 Plerique etiam in principes latrant sustinentibus
 vobis, et facilius statuis et salariis remunerantur
 5 quam ad bestias pronuntiantur. Sed merito. Philo-
 sophi enim non Christiani cognominantur. Nomen
 hoc philosophorum daemonia non fugat. Quidni?

XLVI. We have stood our ground, I think, on 1
 every charge brought against us, and the demand
 therewith made for the blood of the Christians. We
 have set forth our whole position and our method of
 proving the case set forth—to wit, by the evidence
 and antiquity of the divine books, and by the con-
 fession of spiritual powers. Who will undertake to
 refute this case,—not by dialectic, but in the same
 form in which we have established our proof, on the
 basis of truth?

Still, while every man recognizes our truth, mean- 2
 while unbelief (convinced though it be of the goodness
 of our school, which experience and intercourse by
 now have established) counts our school no divine
 affair at all, but rather a variety of philosophy. "The
 philosophers," says he, "they teach the same things,
 make the same professions—innocence, justice,
 patience, sobriety, chastity." Then why, if, so far 3
 as teaching goes, we are compared with them, why
 are we not put on an equality with them in freedom
 and impunity of teaching? Or why, since we are all
 on one level, why are not they compelled to dis-
 charge those duties, our refusal of which brings us into
 danger? For who compels a philosopher to sacrifice, 4
 or to take an oath, or to set out silly lamps at mid-
 day? Not a bit of it! They openly destroy your
 gods, they attack your superstitions in their treatises,
 and you applaud. Yes, and many of them bark
 against the Emperors too, and you sustain them.
 You are more ready to reward them with statues and
 stipends than to condemn them to the beasts.
 Quite right too! Philosophers is what they are
 called, not Christians. This name of "philosopher" 5
 does not drive out demons. Why not, seeing that

cum secundum deos philosophi daemones deputent. Socratis vox est: Si daemonium permittat. Idem et cum aliquid de veritate sapiebat deos negans, Aesculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem
 6 Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum! Sapientiae testimonium reddidit ei viro qui negabat deos esse.

In quantum odium¹ flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide praestat offendit; qui autem adulterat et adfectat, hoc maxime nomine gratiam pangit
 7 apud insectatores veritatis. Quam inlusores et corruptores inimice² philosophi adfectant veritatem et adfectando corrumpunt, ut qui gloriam captant, Christiani et necessario appetunt et integre praestant,
 8 ut qui saluti suae curant. Adeo neque de scientia neque de disciplina, ut putatis, aequamur. Quid enim Thales ille princeps physicorum sciscitanti Croeso de divinitate certum renuntiavit, com-
 9 meatu deliberandi saepe frustratus? Deum quilibet opifex Christianus et invenit et ostendit et exinde totum quod in deum quaeritur re quoque adsignat; licet Plato adfirmet factitorem universitatis neque

¹ odio also is read, and is easier, and perhaps right.

² Text uncertain; inimice has the same number of strokes, is very attractive, and not unattested. "The philosophers have the actor's spirit."

^a They destroy the gods, why not expel the demons, who are inferior to the gods?

^b Cf. Plato, *Phaedo*, 118. Aesculapius was the son of Apollo and Coronis. At Delphi Apollo declared to Chaere-

philosophers rank demons below gods?^a It is the voice of Socrates: "if the *daemonion* permit." Socrates, again,—though he did know something of the truth and denied the gods—at the end of his life he ordered a cock to be sacrificed to Aesculapius^b—I suppose, out of compliment to Aesculapius's father; for Apollo declared Socrates to be the wisest of men. Absent-minded Apollo! He bore 6 witness to the wisdom of the man who denied the existence of gods!

The measure of the hatred that Truth sets ablaze gives the measure of his offence who believes it and maintains it. The man who corrupts Truth, who makes a false show of it, on this very score wins goodwill among the enemies of Truth. Truth? The philo- 7 sophers, in their ill-will, mock it and corrupt it; they pretend to truth; their pretending to it means its corruption; it is glory that is their real aim. But Christians are bound to seek Truth, and they offer it uncorrupted, as those needs must who think of their salvation. So we are not on a level, as you suppose, 8 either as to knowledge or way of life. Take Thales,^c first of natural philosophers; what certain word had he for Croesus who asked him about godhead,—and all those adjournments conceded to him for reflexion were in vain? But God—there is no Christian 9 working-man but finds God, shows Him, assigns to Him in actual deed all that is sought for in God; though Plato affirms that the maker of the universe

phon, ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος; cf. Diogenes Laertius, ii. 18. 37.

^c Cf. ch. 19, the passage inserted from codex Fuldensis. Minucius Felix ch. 13 tells the story of Simonides and Hiero as does Cicero, *De Nat. Deorum*, i. 22. 60.

inveniri facilem et inventum enarrari in omnes difficilem.

- 10 Ceterum si de pudicitia provocemus, lego partem sententiae Atticae, in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatum. Sexum nec femineum mutat Christianus.¹ Novi et Phrynen meretricem Diogenis supra recumbentis ardori subantem, audio et quendam Speusippum de Platonis schola in adulterio
11 perisse. Christianus uxori suae soli masculus nascitur. Democritus excaecando semetipsum, quod mulieres sine concupiscentia aspicere non posset et doletet si non esset potitus, incontinentiam emendatione profitetur. At Christianus salvis oculis feminas non videt;
12 animo adversus libidinem caecus est.
- 13 Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis toros alia superbia deculcat: Christianus nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Prienenses tyrannidem adfectant:
14 Christianus vero nec aedilitatem. Si de aequanimitate congrediar, Lycurgus apocarteresin optavit, quod leges eius Lacones emendassent; Christianus

¹ *The Fuldensis reads*: Christianus ad sexum nec femina mutat. *The commoner reading above looks like a desperate correction.*

^a Plato, *Timaeus*, 28 E, a sentence most frequently quoted in this period.

^b This is surely *argumentum ad hominem*; Tertullian, a lawyer, addresses magistrates, and cites the decision of a court, as such. Ordinary people will not be impressed with this sort of pleading, but he means to hurt.

is not easy to be found, and, when found, he is hard to declare to all men.^a

But if we challenge on the ground of chastity, 10 I read a part of the Athenian sentence on Socrates, declared a corrupter of lads.^b The Christian, so far as sex is concerned, is content with the woman.^c I know the story of Phryne, the harlot, submitting to the passions of Diogenes. I am also told that one Speusippus, of Plato's school, was killed in the act of adultery. The Christian is born masculine for his 11 wife and for no other woman. Democritus blinded himself, because he could not look on women without desire, and found it pain not to be satisfied; he admitted his incontinence by his cure for it. But 12 the Christian keeps his eyes and does *not* see women; in his mind lies his blindness to lust.

If I am to make a defence as to modesty of 13 behaviour, look! there is Diogenes with muddy feet trampling the proud couches of Plato—with another pride^d; the Christian has no pride, even where the poor man is concerned. If self-restraint is the issue, why, there is Pythagoras at Thurii, and there is Zeno in Priene, aiming at tyranny; the Christian does not even aspire to be aedile. If I am to meet you on 14 the issue of the calm mind, Lycurgus wished to starve himself to death, because the Spartans had altered his laws; the Christian even when condemned to

^a What exactly Tertullian wrote here seems beyond recovery. The two French translators take different views of the meaning. The Abbé de Gourcy: "Jamais on ne reprochera à un chrétien de violer les lois de la nature;" and Waltzing: "Un chrétien ne change pas même de femme."

^d Cf. Diogenes Laertius, vi. 2. 26; Plato rejoins: ἐτέρω γε τύφω, Διόγηνες.

etiam damnatus gratias agit. Si de fide conparem, Anaxagoras depositum hospitibus¹ denegavit : Christianus et extra fidelis vocatur. Si de simplicitate consistam, Aristoteles familiarem suum Hermian turpiter loco excedere fecit : Christianus nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adolatur, quam Plato Dionysio² ventris gratia venditur. Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur, et Hippias dum civitati insidias disponit, occiditur. Hoc pro suis omni atrocitate dissipatis nemo unquam temptavit Christianus.

- 17 Sed dicet aliquis etiam de nostris excedere quosdam a regula disciplinae. Desinunt tamen Christiani haberi penes nos, philosophi vero illi cum talibus factis in nomine et honore sapientiae perseverant. Adeo quid simile philosophus et Christianus ? Graeciae discipulus et caeli ? famae negotiator et vitae ? verborum et factorum operator, et rerum aedificator et destructor ? amicus et inimicus erroris ? veritatis interpolator et integrator et expressor, et furator eius et custos ?³
- 1 XLVII. Antiquior omnibus veritas, nisi fallor, et

¹ *The Fuldensis reads hospitibus, which is almost demanded by the antithesis: Oehler keeps hospitibus.*

² *The Fuldensis reads Dionysio, and the translation is supported by Kellner and Waltzing. The reading a Dionysio, which Oehler prints, seems to spoil the parallel. The passage in Tatian is explicit: ἐν τῷ Διονυσίου δὲ ἡ ἀσχηματίζουσα ἐν τῷ πάτρῳ, but the last word is a restoration.*

³ *The text in these last lines shows variants.*

* Cf. ch. 1. 12. In the *Acts of the Scillitan Martyrs*, a very brief story, not "written up" at all, the Christians say very little, beyond confessing their faith, and ejaculating, on condemnation, *Deo gratias*.

^b Cf. Pliny to Trajan, *Epp.* 96, on Christian honesty.

^c This may be a reference to a tale in Diogenes Laertius,

death gives thanks.^a If I make the comparison on honesty, Anaxagoras refused to return the deposit to his guests ; the Christian outside his group as well as inside it is called faithful.^b If I take my stand on plain dealing, Aristotle shamelessly made his friend Hermias yield him place^c ; the Christian injures not even his enemy. The same Aristotle's shameful tutorship of Alexander is equivalent to flattery ; Plato—no better—fawns upon Dionysius to gratify his belly. Aristippus in purple, with great affectation of seriousness, lives a wanton life ; and Hippias^d is killed for plotting against his city—a thing no Christian ever attempted in revenge for his friends scattered with every kind of cruelty.

But someone will say that in our case too there are some who desert the rule of our teaching. Then they cease to be counted Christians among us ; but those philosophers, despite deeds such as those mentioned, continue in all the name and fame of wisdom among you. But then what have philosopher and Christian in common,—the disciple of Greece and the disciple of heaven,—the business of the one with reputation, of the other with salvation,—the man of words and the man of deeds,—the builder and the destroyer,—the friend and the foe of error,—the man who corrupts the truth, and the man who restores it and proclaims it—the thief of truth and its guardian ?

XLVII. Truth is older than all else, if I mistake it v. 1. 4, of Aristotle marrying a woman from the harem of Hermias ; but what has it to do with *simplicitas* ?

^d He seems to mix two men of this name, Hippias, the tyrant, son of Pisistratus, and the sophist Hippias of Elis. These scandals about the philosophers seem to lack attestation in extant literature. It looks very much as if Tertullian had Tatian's *Oratio ad Graecos*, ch. 2, before him.

hoc mihi proficit antiquitas praestructa divinae litteraturae, quo facile credatur thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientiae. Et si non onus iam voluminis temperarem, excurrerem in hanc quoque probationem. Quis poëtarum, quis sophistarum, qui non omnino de prophetarum fonte potaverit? Inde igitur philosophi sitim ingenii sui rigaverunt, ut quae de nostris habent, ea nos comparent illis. Inde, opinor, et a quibusdam philosophia quoque eiecta est, a Thebaeis dico, et a Spartiatis et Argivis, dum ad nostra conantur, et homines gloriae, ut diximus, et eloquentiae solius libidinosi, si quid in sanctis [scripturis]¹ offenderunt digestis, ex proprio instituto curiositatis ad propria opera verterunt, neque satis credentes divina esse, quo minus interpolarent, neque satis intellegentes, ut adhuc tunc subnubila, etiam ipsis Iudaeis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam et si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata mutabat,² per quod in incertum miscuerunt etiam quod invenerant certum.

5 Inventum enim solummodo deum non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate et de natura eius et 6 de sede disceptent. Alii incorporealem adseverant, alii corporalem, ut tam Platonici quam Stoici; alii ex atomis, alii ex numeris, qua Epicurus et Pythagoras, alius ex igni, qua Heraclito visum est: et Platonici

¹ scripturis, which Oehler keeps, looks very like an explanation. It is not in the codex Fuldensis.

² mutabat is so obvious and easy a correction that the variant nutabat may very well be Tertullian's word.

^a i.e., before Christ's coming.

not; and the antiquity (already shown) of the divine literature helps me here, in making it credible that it was the storehouse for all later wisdom. And if I were not for moderating the weight of my volume, here is another line of proof on which I could digress. Who 2 among the poets, who among the sophists, has not drunk from the fountain of the prophets? From them the philosophers have slaked their thirst of mind; with the result that what they borrow from our books sets you comparing us with them. Hence, I opine, some have driven out philosophy — the Thebans I mean, the Spartans and Argives. In 3 rivalry with our authors, and being men with a passion (as I said) for vainglory and eloquence and nothing else,—whatever they stumbled on in the sacred digests they took it, they recast it to match the plan of their fancy, turned it to their own purposes. They had not enough belief in these passages being divine to abstain from interpolation, nor enough intelligence of what at that time^a was still rather cloudy,—full of darkness, even for the Jews themselves, whose own the scriptures seemed to be. For wherever there was the simplicity of truth, there all 4 the more, in its scorn for faith, human fastidiousness made changes; and as a result they involved in uncertainty what they had found definite.

They found God there; that was all; but they 5 would not speak of Him as they found Him; so they must discuss His quality, His nature, His abode. Some are sure He is incorporeal, others that He has 6 a body—the Platonists, that is, and the Stoics. Others say He consists of atoms, others of numbers, as do Epicurus and the Pythagoreans. Another says, of fire,—the view of Heraclitus. The Plato-

quidem curantem rerum, contra Epicurei otiosum et
 7 rebus ; positum vero extra mundum Stoici, qui figuli
 modo extrinsecus torqueat molem hanc ; intra mun-
 dum Platonici, qui gubernatoris exemplo intra id
 8 maneat quod regat. Sic et de ipso mundo natus
 innatusve sit, decessurus mansurusve sit, variant.
 Sic et de animae statu, quam alii divinam et aeternam,
 alii dissolubilem contendunt, ut quis sensit, ita et
 intulit aut reformavit.

9 Nec mirum, si vetus instrumentum ingenia philo-
 sophorum interverterunt. Ex horum semine etiam
 nostram hanc novitiolam paraturam viri quidam suis
 opinionibus ad philosophicas sententias adultera-
 verunt et de una via obliquos multos et inexplicabiles
 tramites sciderunt. Quod ideo suggesserim, ne cui
 nota varietas sectae huius in hoc quoque nos philo-
 sophis adaequare videatur et ex varietate defensio-
 10 num iudicet veritatem. Expedite autem praescri-
 bimus adulteris nostris illam esse regulam veritatis
 quae veniat a Christo transmissa per comites ipsius,
 quibus aliquanto posteriores diversi isti commenta-
 tores probabuntur.

11 Omnia adversus veritatem de ipsa veritate con-
 structa sunt, operantibus aemulationem istam spiriti-
 bus erroris. Ab his adulteria huiusmodi salutaris
 disciplinae subornata, ab his quaedam etiam fabulae
 inmissae quae de similitudine fidem infirmarent
 veritatis vel eam sibi potius evincerent, ut quis ideo

^a The Old Testament.

^b An interesting phrase, the New Testament. He thinks
 of heretics.

nists represent Him as taking care of the world ; on
 the other hand the Epicureans picture Him as idle and
 unemployed, a nobody (so to say) as regards human
 affairs. The Stoics set Him outside the world, 7
 like a potter to whirl this fabric round from outside ;
 the Platonists put Him inside the world, like a pilot,
 to stay inside of what He guides. So too about the 8
 universe—they do not agree whether it is born or
 unborn, to depart or to remain. So too about the
 status of the soul, which some will have to be divine
 and eternal, and some subject to dissolution. Every
 man, as he felt, interpolated or remodelled.

But it is nothing surprising if the older literature^a 9
 is misused by these clever philosophers. Some men
 of their breed have corrupted this more modern
 literature of ours^b with opinions of their own to match
 the views of the philosophers ; and from the one way
 have hacked out many tracks crooked and involved.
 I would put this forward lest the known variety
 within our school should seem to any man to set us on
 a level with the philosophers, and from the variety of
 defence made he should condemn the Truth. But 10
 we at once lodge a demurrer against our falsifiers that
 that is the rule of Truth, which comes from Christ,
 transmitted through his companions. These various
 inventors of doctrines will be proved to be of a later
 date.

Everything against the Truth is built up from the 11
 Truth, and it is the spirits of error that produce this
 rivalry. It is they who have produced these falsifica-
 tions of wholesome doctrine ; they who have launched
 the fables, which by their resemblance weaken the
 credibility of Truth or rather capture belief for
 themselves. So a man may think the Christians

non putet Christianis credendum quia nec poëtis nec philosophis, vel ideo magis poëtis et philosophis existimet credendum quia non Christianis.

- 12 Itaque ridemur praedicantes deum iudicaturum. Sic enim et poëtae et philosophi tribunal apud inferos ponunt. Et gehennam si comminemur, quae est ignis arcani subterraneam ad poenam thesaurus, proinde decachinnamur. Sic enim et Pyriphlegethon
 13 apud mortuos amnis est. Et si paradisum nomine-mus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt. Unde haec, oro vos, philosophis aut poëtis tam consimilia? Nonnisi de
 14 nostris sacramentis. Si de nostris sacramentis, ut de prioribus, ergo fideliora sunt nostra magisque credenda quorum imagines quoque fidem inveniunt. Si de suis sensibus, iam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerum forma non sustinet. Nunquam enim corpus umbra aut veritatem imago praecedit.
- 1 XLVIII. Age iam, si qui philosophus adfirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagorae, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquiū virtute distorsit, nonne consensum movebit et fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi propterea? Persuasum quis habeat,

^a He seems to be the comic poet, Caesar's contemporary and critic.

unworthy of belief because the poets and philosophers are unworthy of it; or he may think that poets and philosophers deserve the more belief because they are not Christians.

So comes it that we are laughed at for proclaiming 12 that God will be judge. For just so the poets and philosophers set up a tribunal in the world below. And if we raise the threat of Gehenna, which is a treasury of hidden fire for punishment underground, in just the same way we meet with utter derision. For just so Pyriphlegethon is a river among the dead. And if we name Paradise, a place of divine beauty, 13 reserved for the reception of the spirits of the holy, kept from the knowledge of this common world by the fiery zone as it were by a wall,—the Elysian fields are before us in capturing belief. Now whence, I ask you, do the philosophers and poets find things so similar? Whence, indeed, unless it be from our mysteries? And if from our mysteries, which are 14 the older, then ours are truer and more credible when the mere copies of them win credence. If they invented these things out of their own feelings, then our mysteries must be counted copies of what came later—a thing contrary to nature. For the shadow never exists before the body, nor the copy before the truth.

XLVIII. Come, suppose some philosopher affirm 1 (like Laberius ^a talking of Pythagoreanism) that a mule becomes a man, and a woman a snake; suppose that by force of eloquence he twists all the arguments to support that opinion; it will find (won't it?) acceptance, it will implant the conviction that we must on that account abstain from eating animals. The persuasion (is it?) that a man must be careful

ne forte bubulam de aliquo proavo suo obsonet? At enim Christianus si de homine hominem ipsumque de Gaio Gaium reducem repromittat, lapidibus magis, nec saltem coetibus¹ a populo exigetur.

- 2 Si quaecunque ratio praeest animarum humanarum reciprocandarum² in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui, id esse quod fuerat? Iam non ipsae sunt quae fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant
3 esse quod fuerant. Multis etiam locis³ ex otio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire, quis in quam bestiam reformari videretur. Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multo utique dignius credi hominem ex homine rediturum, quemlibet pro quolibet, dum hominem, ut eadem qualitas animae in eandem restauraretur conditionem, etsi
4 non effigiem. Certe quia ratio restitutionis destinatio

¹ *All sorts of variants and conjectures; nothing convincing; caedibus, caestibus, copiis, calcibus. But Tertullian (as Kellner points out) has thought of the stage; so Waltzing's conjecture clamoribus may be right. But I prefer to leave the reader to fill the gap.*

² *The Fuldensis reads at this point: Quasi non, quaecunque ratio praeest animarum humanarum in corpora reciprocandarum, ipsa exigit illas in eadem corpora revocari; quia hoc sit revocari id est esse quod fuerant. Nam si non id sunt quod fuerunt, id est humanum et id ipsum corpus indutae, iam non ipsae erunt quae fuerant. Porro quae iam non erunt ipsae, quomodo redisse dicentur? Aut aliud factae non erunt ipsae, aut manentes ipsae non erunt aliunde. Multis, etc. Whoever is responsible for the Fuldensis, Tertullian or a reviser, its text here must be simply an attempt to make the other version more intelligible. The form in the text can hardly be the later, an adaptation; and it is certainly not beyond*

not to be eating a bit of his great-grandfather in his beef? But supposing a Christian assures you that from a man a man comes, and from Gaius it is Gaius himself that returns,—won't the people drive him out with stones rather, and not with . . .

If there is any reason to suppose the return of souls² into bodies, why should they not return into the same substance, when restoration means that a thing is what before it had been? But they are not now what they were,—because they could not become what they were not before, unless they ceased to be what they had been. Much reference to books would be needed, and leisure, if we wished to play with the³ fancy as to the various beasts into which various people might seem to be re-made. But rather, to stick to our defence, it is our proposition that it is altogether more worthy of belief that what was a man will come back a man—any given person from any given person—human at all events—so that the same quality of soul should be restored to the same condition, if not also to the same likeness. Certainly, since the⁴ reason for restoration is preparation for judgement,

Tertullian's occasional fancy for intricate antithesis. The variant may be rendered: "As if the reason, whatever it is, that justifies the return of souls into bodies, does not require that the souls should be recalled to the same bodies! Because to be recalled means to be what they were before. But if they are not what they were before, that is, clad with a human body, and the same body, the souls will not be what they were before. Then, if they are not what they were before, how shall they be said to have returned? Either they will have been made something different and will not be the same, or they will remain the same and will not re-appear from other bodies."

³ *iocis is an emendation here which Kellner adopts—"many a jest would be needed." Perhaps locis means passages from writers.*

iudicii est, necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti iudicium a deo referat. Ideoque repraesentabuntur et corpora, quia neque pati quicquam potest anima sola sine materia stabili, id est carne, et quod omnino de iudicio dei pati debent animae, non sine carne meruerunt intra quam omnia egerunt.

5 Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum, o homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris antequam esses. Utique nihil. Meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus cum esse desieris, cur non possis rursus esse de nihilo eiusdem ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse de
6 nihilo? Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, et tunc require qua fies. Et tamen facilius utique fies quod fuisti aliquando, quia aequè non difficile factus es quod nunquam fuisti aliquando.

7 Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo quod non fuerat non minus quam de morte vacationis et inanitatis inposuit, animatum spiritu omnium animarum animatore, signatum et ipsum humanae resurrectionis exemplum
8 in testimonium vobis. Lux cotidie interfecta re-

it must necessarily be the very same man, who once was, that will be produced, so as to receive judgement from God upon the good he has done or the opposite. Accordingly their bodies, too, will be re-fashioned, because the soul by itself alone cannot suffer anything without some solid matter, that is the flesh; and because, whatever souls deserve in the judgement of God to suffer, they did not earn it without the flesh, clothed with which they committed all their acts.

"But how," you say, "how can the material of the 5 body, once distributed, be visibly produced?" Think of yourself, sir, and you will find assurance of it. Reflect what you were, before you were *you*. Nothing at all, wasn't it? For you would remember, if you had existed. You were nothing before you came into being; you become nothing when you have ceased to be; why could you not again come out of nothing into being, by the will of the very same Author whose will brought you into being out of nothing? What will be new about it in your experi- 6 ence? You were not; you were made; and once again when you are not, you will be made. Give, if you can, an account of how you were made, and then ask how you will be made. And yet, I would think, it will be easier for you to be made what you once were, because, with no difficulty at all, you were just as much made what once you were not.

Your doubts, I suppose, will be about the power 7 of God? of God, who set together the mighty frame of this universe out of what was not, as if out of the deadness of emptiness and chaos, who gave it the breath of life by that spirit, which gives life to all lives (souls), who sealed it to be itself a testimony for you, a type of human resurrection. Day by day 8

- splendet et tenebrae pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta vivescunt, tempora ubi finiuntur incipiunt, fructus consummantur et redeunt, certe semina non nisi corrupta et dissoluta fecundius surgunt, omnia pereundo servantur, omnia de interitu
 9 reformantur. Tu homo, tantum nomen, si intellegas te vel de titulo Pythiae discens, dominus omnium morientium et resurgentium, ad hoc morieris, ut pereas? Ubicumque resolutus fueris, quaecunque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te. Eius est nihilum ipsum cuius et totum.
- 10 Ergo, inquit, semper moriendum erit et semper resurgendum? Si ita rerum dominus destinasset, ingratis experireris conditionis tuae legem. At nunc
 11 non aliter destinavit quam praedicavit. Quae ratio universitatem ex diversitate composuit, ut omnia aemulis substantiis sub unitate constarent ex vacuo et solido, ex animali et inanimali, ex comprehensibili et incomprehensibili, ex luce et tenebris, ex ipsa vita et morte: eadem aevum quoque ita destinata et distincta condicione conseruit, ut prima haec pars, ab exordio rerum quam incolimus, temporali aetate ad finem defluat, sequens vero, quam expectamus, in infinitam aeternitatem propagetur.
- 12 Cum ergo finis et limes, medius qui interhiat, adfuerit, ut etiam ipsius mundi species transferatur aequae temporalis, quae illi dispositioni aeternitatis

light is slain and shines once more; darkness in due turn departs and follows on again; and the dead stars come to life; seasons, when they end, begin anew; crops are matured and return; assuredly the seed must be wasted and dissolved to grow more fruitfully; everything is saved by being lost; everything is re-fashioned out of death. You, O man! (mighty 9 name!) if you understand yourself (if you will "learn yourself," as the inscription of the Delphic priestess bids), will you, the lord of all things that die and rise again, will *you* die to perish utterly? Wherever you have been dissolved,—whatever material body shall have destroyed you, consumed you, abolished you, reduced you to nothing, it shall restore you. To Him belongs that very *nothing*, Whose is the whole.

"Then," do you say? "will it always be dying 10 and rising again?" If the Lord of all things had so determined you would have perforce to submit to the law that governed your being. But, as it is, He has so determined, as He has proclaimed to us. His Reason made this universe of things diverse,^a that 11 all things should consist of a unity made of rival natures, such as void and solid, animate and inanimate, tangible and intangible, light and darkness, yes! of life and death, too. The same Reason made a unity of Time also, mapping out and distinguishing the terms of its course, so that this first part of it from the beginning of the world, the part of our habitation, should flow on age by age to an end, but the later part of it, to which we look forward, should stretch out to an endless eternity.

When, then, the end, that border-line that gapes 12 between,^b shall have come, and the fashion of the universe itself, temporal as all other things, hung

^a The assonance in the Latin seems beyond us.

^b Oehler and others take this to be the millennial interval. Not necessarily.

- aulaei vice oppansa est, tunc restituetur omne humanum genus ad expungendum quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde pendendum in immensam
 13 aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui nunc, nec alii post, dei quidem cultores apud deum semper, superinduti substantia propria aeternitatis : profani vero, et qui non integre ad deum, in poena aequae iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius divinam scilicet subministrationem incorruptibilitatis.
- 14 Noverunt et philosophi diversitatem arcani et publici ignis. Ita longe alius est qui usui humano, alius qui iudicio dei apparet, sive de caelo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans; non enim absument quod exurit, sed dum erogant, re-
 15 parant. Adeo manent montes semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo iam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis aeterni, hoc exemplum iugis iudicii poenam nutrientis. Montes uruntur et durant. Quid nocentes et dei hostes ?
- 1 XLIX. Hae sunt quae in nobis solis praesumptiones vocantur, in philosophis et poetis summae scientiae et insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti ; illi honorandi, nos inridendi, immo eo amplius et puni-
 2 endi. Falsa nunc sint quae tumentur et merito praesumptio, attamen necessaria ; inepta, attamen utilia ;

^a Cf. 2 Cor. v. 2 ; the word *superinduti* survives in the Vulgate.

^b A fancy about persons struck by lightning.

like a curtain before that eternal dispensation, shall pass away, then shall all mankind be restored, for the determination of what good or evil it has done in this age, and for its requital, in strict accord, throughout the boundless continuance of eternity. So it 13 is not death now, and then resurrection after resurrection. We shall be the same persons that now we are, and not others in succession,—the worshippers of God, we shall ever be with God, clothed upon^a with the nature proper to eternity ; but the profane, and those who are not right with God, shall be punished with fire as lasting, and from its nature they too, as God ordains, shall derive incorruptibility.

The philosophers know the distinction between 14 mysterious and common fire. The fire that serves man's use is one thing ; the fire that ministers to the judgement of God is another, whether flashing the thunder-bolts from heaven, or rushing up from the earth through the mountain-tops. For it does not consume what it burns, but, even while it spends it, repairs the loss. So the mountains remain, ever 15 burning ; and he who is touched by fire from heaven, is safe—no fire shall turn him to ashes.^b Take this as evidence for fire eternal, this as a type of endless judgement with punishment ever renewing. The mountains burn and endure. What of the guilty, what of God's enemies ?

XLIX. All this you call presumption in our case, but 1 only in our case ; in the case of philosophers and poets it is supreme knowledge, it is unique genius ! They are wise, we are silly ; honour is their due ; mockery is ours, yes, and punishment into the bargain. But 2 now suppose what protects us to be false, and really presumption ; still it is necessary : silly—but useful !

- siquidem meliores fieri coguntur qui eis credunt, metu aeterni supplicii et spe aeterni refrigerii. Itaque non expedit falsa dici nec inepta haberi quae expedit vera praesumi. Nullo titulo damnari licet omnino
- 3 quae prosunt. In vobis itaque praesumptio est haec ipsa quae damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt; certe etsi falsa et inepta, nulli tamen noxia. Nam et multis aliis similia quibus nullas poenas inrogatis, vanis et fabulosis, inaccusatis et inpunitis,
- 4 ut innoxiiis. Sed in eiusmodi enim, si utique, inrisui iudicandum est, non gladiis et ignibus et crucibus et bestiis, de qua iniquitate saevitiae non modo caecum hoc vulgus exsultat et insultat, sed et quidam vestrum, quibus favor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur.
- 5 Quasi non totum quod in nos potestis nostrum sit arbitrium. Certe, si velim, Christianus sum. Tunc ergo me damnabis, si damnari velim; cum vero quod in me potes, nisi velim, non potes, iam meae voluntatis est quod potes, non tuae potestatis. Proinde et
- 6 vulgus vane de nostra vexatione gaudet. Proinde enim nostrum est gaudium, quod sibi vindicat, qui malumus damnari quam a deo excidere: contra illi, qui nos oderunt, dolere, non gaudere debebant, consecutis nobis quod elegimus.
- 1 L. Ergo, inquit, cur querimini quod vos insequamur, si pati vultis, cum diligere debeatis per quos patimini quod vultis? Plane volumus pati,
- 220

since those who believe in it are driven to be better men, by fear of eternal punishment, by hope of eternal refreshment. So it is in no one's interest that tenets should be called false or judged silly, which it is in the interests of all to be presumed true. What is beneficial cannot be condemned on any grounds. It is with you that the presumption lies, in condemning 3 what is useful. In the same way, neither can these tenets be silly. At all events, even if they are false and silly, they are harmful to no one. For they are just like many other tenets on which you lay no penalties, vain tenets, sheer fable, but exempt from accusation and punishment, because harmless. In error of this 4 sort, if there is to be sentence passed, the fit sentence is laughter—not sword and fire, not cross and beast! And it is in savagery and injustice of that sort that this blind rabble exults and triumphs over us—and not they alone, but some among you, who make use of this injustice to win the favour of the rabble, boast of it.

As if all your power against us were not in our 5 control! I am a Christian certainly,—but if I wish to be. Then only can you condemn me, if I wish to be condemned. When then your power against me is, unless I so will, no power at all, your power depends on my will, not on power in you. Similarly the joy of 6 the rabble in our persecution is not a real joy; the joy they count theirs, is ours, who prefer to be condemned rather than to fall from God. On the other hand those who hate us ought to be sorry, not glad, when we have achieved what we have chosen.

L. "Then," you say, "why complain that we perse- 1 cute you, if you wish to suffer? You ought to love those who secure that you suffer what you wish!" Certainly

verum eo more, quo et bellum miles. Nemo quidem libens patitur, cum et trepidare et periclitari sit
2 necesse. Tamen et proeliatur omnibus viribus, et vincens in proelio gaudet qui de proelio querebatur, quia et gloriam consequitur et praedam. Proelium est nobis quod provocamur ad tribunalia, ut illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem pro quo certaveris obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi deo et praedam vivendi in aeternum.

3 Sed obducimur. Certe cum obtinuimus. Ergo vicimus, cum occidimur, denique evadimus, cum obducimur. Licet nunc sarmenticios et semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriae nostrae, haec palmata vestis, tali curru
4 triumphamus. Merito itaque victis non placemus; propterea enim desperati et perditii existimamur. Sed haec desperatio et perditio penes vos in causa gloriae et famae vexillum virtutis extollunt.

5 Mucius dexteram suam libens in ara reliquit: o sublimitas animi! Empedocles totum sese Catanensium Aetnaeis incendiis donavit: o vigor mentis! Aliqua Carthaginis conditrix rogo se secundum matrimonium dedit: o praeconium castitatis! Regulus,
6 ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur: o virum fortem et in captivitate

^a For these ornaments of a Roman triumph see Livy, x. 7; xxx. 15; the *palmata tunica* is in both passages.

^b For Mucius *cf.* p. 428 note *a*, and for Regulus p. 392 note *b*.

^c The text may be wrong in these two places, or perhaps the translation; but the general drift is clear enough.

we wish to suffer; but it is exactly the case of the soldier and war. Nobody is glad to face it with all its inevitable anxiety and danger. Yet he battles with 2 all his might and, victorious in the battle, he rejoices, —though but now he was grumbling about the battle —because he achieves glory and spoil. Our battle consists in being challenged to face the tribunals; that there, in peril of life, we may fight it out for truth. Victory is the achievement of the thing for which you have fought. Our victory means the glory of pleasing God, and the spoils are eternal life.

But we are condemned. Yes, when we have 3 achieved our purpose. So we have conquered, when we are killed; we escape when we are condemned. So you may now call us "faggot-fellows" and "half-axle-men," because we are tied to a half-axle-post, the faggots are piled round us, and we are burnt. This is our garb of victory, the robe embroidered with the palm; this our triumphal chariot.^a It is 4 right and reasonable that we do not please the conquered; that is why we pass for desperate fellows, a forlorn hope. But desperation and recklessness of this sort, when it is on your side, when glory and renown are at stake,—oh! then it is holding high the standard of courage.

Mucius ^b gladly left his right hand upon the altar; 5 O the sublimity of that spirit! Empedocles gave the whole of himself to the flames of Etna, at Catana; O the strength of that mind! There was a foundress of Carthage who gave herself to the funeral pyre in wedlock ^c; O the glory of that chastity! Regulus ^b 6 refused to have his own single life spared in exchange for many of the enemy and suffered torture all over his body ^c; O heroic soul, a prisoner but a conqueror!

- victorem! Anaxarchus, cum in exitum tisanæ pilo contunderetur: Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis: o philosophi magnanimitatem, qui de tali exitu suo etiam iocabatur! Omitto eos qui cum gladio proprio vel alio genere mortis mitiore de laude pepigerunt. Ecce enim et tormentorum certamina coronantur a vobis.
- 8 Attica meretrix carnifice iam fatigato postremo linguam suam comesam in faciem tyranni saevientis expuit, ut expueret et vocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. Zeno Eleates concessus a Dionysio, quidnam philosophia praestaret, cum respondisset contemptum mortis, impassibilis flagellis tyranni obiectus sententiam suam ad mortem usque signabat. Certe Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata tantum honorem tolerantiae domui conferunt quantum sanguinis fuderint.
- 10 O gloriam licitam, quia humanam, cui nec praesumptio perdita nec persuasio desperata reputatur in contemptu mortis et atrocitatis omnimodae, cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati
- 11 permissum est quantum pro deo non licet! Et tamen illis omnibus et statuas defunditis, et imagines inscribitis, et titulos inciditis in aeternitatem. Quantum de monumentis potestis scilicet, praestatis et

^a See Diogenes Laertius, ix. 59 *ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον, "πίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσει."*

^b *Certamina* suggests the various contests at the Games.

^c Cf. Pliny, *Nat. Hist.* xxxiv. 72 (12) and vii. 23, 87; the occasion was the conspiracy of Harmodius and Aristogiton.

^d Other ancient writers assign this experiment to other tyrants.

^e On the lashing of boys at the altar of Artemis Orthia

Anaxarchus, when they pounded him like barley groats with a pestle, "Pound away!" he cried, "pound away! it is Anaxarchus's outside case you are pounding, not Anaxarchus!"^a O the splendid spirit of the philosopher, jesting about his own death, and such a death! I pass over those who with their own swords, or some milder form of death, have bargained for praise. For look! contests^b in torture win crowns from you. The Attic harlot, when the torturer was tired out, at last chewed off her own tongue and spat it in the face of the raging tyrant—so to say, to spit out her voice, so that she could not now betray the conspirators, even if overcome by pain she had wished to do it.^c Zeno of Elea, when Dionysius^d asked him what philosophy gave a man and he answered "contempt for death," was subjected to the lashes of the tyrant and proved his dogma by dying impassive. Assuredly the lashes of the Spartans, laid on with utmost cruelty under the eyes of a boy's kinsfolk, who cheer as they watch, win for his house the fame of endurance in exact ratio to the blood shed.^e

O that indeed is glory, lawful glory because human! There no reckless presumption, no desperate delusion, is to be thought of, in that contempt for death and for every cruelty! No, there it is permissible to suffer for one's country, for the empire, for friendship, what it is not permitted to suffer—for God! And yet for every man of them you cast a statue, you paint a picture, you carve an inscription, to give them immortality. So far as you can manage it with monuments, you yourselves give

at Sparta see Pausanias, iii. 16. 10. Cicero records (*Tuscul. Disput.* ii. 14. 34) that it was said some lads had died without a sound under the scourge at the altar.

ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui veram a deo sperat, si pro deo patiatur, insanus est.

- 12 Sed hoc agite, boni praesides, meliores multo apud populum si illis Christianos immolaveritis, cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio est enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo nos haec pati deus patitur. Nam et proxime ad leonem damnando Christianam potius quam ad leonem confessi estis labem pudicitiae apud nos atrocior omnino poena et omni morte reputari. Nec quicquam tamen proficit exquisitor quaeque crudelitas vestra; inlecebra est magis sectae. Plures efficimur quotiens metimur a vobis; semen est sanguis Christianorum.
- 14 Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur ut Cicero in Tusculanis, ut Seneca in Fortuitis, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut Callinicus. Nec tamen tantos inveniunt verba discipulos quantos
- 15 Christiani factis docendo. Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum quid intus in re sit? quis non, ubi requisivit, accedit? ubi accessit, pati exoptat, ut totam dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui
- 16 expediat? Omnia enim huic operi delicta donantur. Inde est, quod ibidem sententiis vestris gratias agimus. Ut est aemulatio divinae rei et humanae, cum damnamur a vobis, a deo absolvimur.

^a As one reads Tertullian, one feels more and more clearly that these last three sections tell his own story. Fourteen years later his last words to Scapula (*Ad Scapulam*, 5) are in the same tenor: "Quisque enim tantam tolerantiam spectans, ut aliquo scrupulo percussus, et inquirere accenditur quid sit in causa, et ubi cognoverit veritatem et ipse statim

dead men a sort of resurrection. But the man who hopes for a real resurrection from God, if he suffers for God—he is a mere fool!

But go to it! my good magistrates; the populace 12 will count you a deal better, if you sacrifice the Christians to them. Torture us, rack us, condemn us, crush us; your cruelty only proves our innocence. That is why God suffers us to suffer all this. Yes, but lately, when you condemned a Christian girl to the pander rather than the panther, you admitted that we count an injury to our chastity more awful than any penalty, than any death. But nothing what- 13 ever is accomplished by your cruelties, each more exquisite than the last. It is the bait that wins men for our school. We multiply whenever we are mown down by you; the blood of Christians is seed. Many 14 among you preach the endurance of pain and of death—such as Cicero in his *Tusculans*, Seneca in his *Fortuita*, Diogenes, Pyrrho, Callinicus. And yet their words never find so many disciples as the Christians win, who teach by deeds. That very "obstinacy" 15 with which you taunt us, is your teacher. For who that beholds it is not stirred to inquire, what lies indeed within it? Who, on inquiry, does not join us, and joining us, does not wish to suffer, that he may purchase for himself the whole grace of God, that he may win full pardon from God by paying his own blood for it? For all sins are forgiven to a deed like this. That 16 is why, on being sentenced by you, on the instant we render you thanks. There is a rivalry between God's ways and man's; we are condemned by you, we are acquitted by God.^a

sequitur." Cf. *Scorpiace*, 8 "nemo voluisset occidi nisi compos veritatis."